

HORTI
INDICI
MALABARICI
PARS QUINTA
DE
ARBORIBUS
ET
FRUTICIBUS BACCIFERIS.
REGNI MALABARICI,

*Latinis, Malabaricis, Arabicis, Brachmanum Characteribus Nominibusque expressis,
Unà cum Floribus, Fructibus & Seminibus, naturali magnitudine à peritissimis pictoribus
delineatis, & ad vivum exhibitis.*

*Addita insuper accuratâ earundem descriptione, quâ colores, odores, sapes, facultates,
& præcipue in Medicina vires exactissimè exhibentur.*

A D O R N A T A

Per Nobilissimum ac Generosissimum D. D.

HENRICUM VAN RHEEDE, TOT DRAAKESTEIN;

*Toparcham in Mydrecht, quondam Malabarici Regni Gubernatorem, supremi Confessus apud
Indos Belgas Senatorem Extraordinarium; nunc vero Equestris ordinis nomine Illustribus ac
Præpotentibus Provinciæ Ultrajectinæ Proceribus adscriptum,*

E T

JOHANNEM MUNNICKS, M. D.

*In eadem facultate Anatomæ ac Botanices in Academia Ultrajectina Professore,
& Reip. Ultraj. Poliatrum,*

Notis adauxit, & Commentariis illustravit

JOANNES COMMELINUS



Mo. bot. Garden,

A M S T E R D A M I,

Sumptibus Viduæ JOANNIS van SOMEREN, Hæredum JOANNIS van DYCK,
HENRICI & Viduæ THEODORI BCOM

Anno c1o 1oc Lxxxv,

Franklinia
QE 3497
R4
1675-86
C.1
V.5-6
C.618
1-5

ILLUSTRISSIMO AC NOBILISSIMO

V I R O

D. D. G O D A R T O

A D R I A N O,

Libero Baroni de Reede, Toparchæ in Amerongen, Ginckel, Elst, &c. Equiti Regii Daniæ Ordinis, qui ab Elephante nomen habet: Ex ordine Equestri, Præpotentibus Reipublicæ Ultrajectinæ Proceribus adscripto, ejusdemque Collegii nomine ad unitarum Provinciarum generale concilium delegato; Atque etiam nunc extra ordinem Legato ad Celsissimos Brandenburgiæ & Saxoniam Electores.



*N*ulla ad defessum aut aberrantem animum recolligendum aptior medela est, quam amoena instructissimi alicujus viridarii contemplatio; ubi plantarum variè micantes flosculi sensum ita reficere valent, ut omnes à variis curis induta molestiæ discuti faciliè & levare queant. Quod Tibi etiam, Vir Nobilissime, nunc in longè dissitis Regionibus versanti optandum est. Quapropter, licet tam latè patens Germaniæ Imperium, in eoque

DEDICATIO.

variorum Principum (Electorum puta Brandeburgiae, Saxoniae, & Bavariae) aulae sufficientem ad animum recreandum materiam suppeditare queant, peregrinum insuper Hortum Tibi represento, quem animo, oculisque perambulare aliquando poteris; ejusdemque quintam partem Tibi offero & inscribo. Accipe igitur, Vir Illustrissime, benigne hoc opus, & scias me Tui nunquam non memorem esse, cum sim

Vir Nobilissime ac Illustrissime

virtutum Tuarum

Observantissimus Cultor

Dabam Trajecti ad Rhenum

31 Julii 1684.

HENRICUS VAN RHEEDE
TOT DRAAKESTEIN.

JOHANNES MUNNICKS
LECTORI BOTANOPHILO

S. P.



Abes hic, Amice Lector, quintam Horti Malabarici partem; tertiam nostram operam editam. Polliciti aliquando literato orbi sumus, integram tandem stirpium Malabaricarum historiam nos perfecturos: Sed quandoquidem plurimis curis cum Academicis imprimis, tum practicis in diversa trahimur, ut geminorum voluminum editio singulis annis à nobis vix sperari possit; imo vix unum tomum absolvere nobis, occupationum mole impeditis, detur: Typographi tarditatis hujus pertæsi, imprimis quandoquidem novem perficienda volumina restent, iteratò nos compellarunt, num Malabaricus hic Hortus tardè succrescens non citius perfici possit? Quod cum sine publici nostri muneris (quod præcipuè nobis cordi est) detrimento fieri nequeat, hortum hunc omittere coacti fuimus. Iphis vero, & præsertim Nobilissimo D. De Rheede ut satisfieret, insignem aliquem virum, eruditionis famam celebrem,

A D L E C T O R E M.

plantarum descriptionibus delineandis idoneum requisivimus, tandemque offendimus virum doctissimum pariter ac diligentissimum, *Theodorum Fansonium ab Almeloveen. M. D.* Discipulum quondam gratissimum, nunc Amicum candidum: is amore in eximium hoc opus Botanicum flagrans, illam curam lubens in se suscepit; Cæterum reliqua in Horto hoc disponenda & perficienda ipsi relinquimus. A cujus eruditione & indefessâ diligentia omnia bona sperare oportet. Vale.

JOAN.

JOANNES COMMELINUS
REI HERBARIÆ
STUDIOSO
LECTORI

S.



*Uum quintum hoc Malabarici Horti
volumen, Lector Humanissime, mul-
tas, nulli hactenus notas, vel animad-
versas, omnes, exceptis paucis, bacci-
feras, in se contineat, sive frutices sive
arbores, justum ordinem sequi non potuimus. Quip-
pe multarum obscurissima cognitio, notarum cha-
racteristicarum summa diversitas, cum descriptis
omnibusque vulgaribus conferre, adeoque in com-
munem dispescere ordinem prohibuit, quemadmo-
dum sequentia evidentissime quoque demonstra-
bunt. Ut autem hic evitaretur error, nova investi-
ganda forent stigmata, novus instituendus ordo;
quod ea propter Te P. L. monere volui, ut beni-
volo animo commissis ignosceres erroribus. Sunt
autem, quas Nobil. Autor, solo duntaxat de indi-
genis suis benemerendi collegit communicavitque
animo, plane novæ incognitæque plantæ, quas ab-
solutioibus commentariis illustrare potis non fui,*

AD LECTOREM.

*præcipue quum longe præstantius putem silere,
quam incertum quid in medium producere. In
bonam itaque accipias partem, quodcunque à me
præstitum sit, velim, & Dei temporisque benefi-
cio, sequentia expectes. Vale.*





Mail-Eloué Lat:
මෙහෙල්ලු Mal:
Davi-Rinti Brah:
قصب الحنظل Arab:

KATOU-MAIL-ELOU.

Tab. 2.



Atou-mail-Elou Malabarenfibus, *Davi-rinti* Brachmanis, *Carilha de Serra* Lusitanis, *Wilde loop-bessen* Belgis, Arbor est vastæ magnitudinis, præcedente altior, ramulis viridibus, quadrangulis, atque lanuginosis in orbem diffusis ornata; Lignum albo-striatum, cortice munitum furvo, intus rufo.

Radix crassa, fibrata, albicans, rubro, intusque flavescente cortice tecta, odora, insipida.

Folia geminata brevibus petiolis ordine parallelo longis, rotundis, crassis, ac lanuginosis ramulis inhærent, oblongo-rotunda, crassa, mollia, tomentosa, supernè atroviridia, infernè subviridia; costa media crassa, & in adversa parte extuberans, è qua nervuli transversii plures superiora versus excurrunt, qui in se invicem arcuatim deferuntur: sapor austerus, odor nullus.

Flosculi numerosi circa extremos ramulos ubique inter folia glomeratim, non sparsim producuntur, sensimque porrectis columellis umbellæ specie panduntur, *Mail-Elou* flosculis haud ab similes, at majores.

Fructus calycibus suis excepti, pari fertilitate flosculis succedunt, *Mail-Elou* fructibus similes.

Nascitur montanis & petrosis Regni Malabarici locis, præsertim in Candenate, & circa Cochin; semper viret, quotannis floret, fruetque, ac ducentos ultra annos superstes manet.

Porro lignum arboris operæ fabrili accomodum. Ad hæc insignes ejusdem arboris vires extolluntur in diarrhæa, dysenteria, & tenesmo. Ex foliis cum pipere, & semine *Coddæ-pala* in oryzæ infuso coctis Antidotum fit ser-

pentum, scorpionum, aliorumque venenatorum animalium ictibus. E cortice contuso & cocto medicamentum conficitur, ad sanguinem ex casu in corpore coagulatum dissolvendum.

Tab. 1. 2.

Flores *Katou-mail* albo-purpurascens sunt. Videntur autem duæ hæc arbores *Tini* species.



Parili Lat:
ω ο ς ς Mal:
فارغلي Arab:



000 00 00

P A R I L I.

Tab. 3.



Arili Malabarenfibus, *Pariloffi* Brachmanis, *Arbore Bitanha* Lufitanis, *Speen-bessen* Belgis, Arbor est procera, caudice crasso, albicante, cinereo cortice obducto, multisque atro-purpureis ramulis in orbem diffusis donato.

Radix flavescens, subalbicante cortice cineta, amara, graveolens.

Folia geminata brevibus ac rubescentibus petiolis circa extremos ramulos ordine parallelo proveniunt, oblongo-teretia, acuminata, & in ambitu ferrata, crassa, densa, glabra, nitentia, subviridia, nervis aliquot è media costa purpurascens, ac inferius prominente in latera excurrentibus: sapor amarus, odor sylvestris.

Flosculi ramulorum extremis racematim proveniunt, vitis viniferæ flosculis haud absimiles, quatuor candidis & acuminatis foliolis constantes, inodori, amari.

Flosculis decidentibus succedunt *Baccæ* rotundæ, tripartitæ, viridi-rubescens, glabro, crassoque cortice cinetæ, carne intus succulentâ, adstringente, ac inodorâ refertæ, intra quam officulum continetur albicans, tria continens *semina* oblonga, candida, amara.

Crescit in variis Regni Malabarici locis, præsertim circa Moutan; semper viret, floret Augusto, fruetque Novembri & Decembri mensibus, atque non raro bis in anno maturos exhibet fructus.

Cæterum arboris radix & folia sanguinis constitutionem melancholicam & atrabiliariam corrigunt, ac acidos, falsosque humores temperant. Ex foliis, cum foliis *Caretti*, in parte 2^{da}. descriptæ, in lacteo nucis Indicæ succo coctis, potio conficitur, quæ cum externarum, tum internarum hæmorrhoidum doloribus mitigandis conducit.

Bénel var.
ಎಲೆ ಎಲೆ ಸು.
Jelie Arab.



B E É N E L

Tab. 4



Eénel Malabarenfibus, *Mana* Brachmanis, *Catufa* Lufitanis, *Papekoppen* Belgis, *Arbucula* humilis est, duodecim circiter pedes alta, caudice tenui, ramulis in orbem diffusis eleganter ornato; qui cortice primum viridi, dein subcinereo, saporisque acris & aromatici, obducti, atque molli & albicante medullâ intus referti sunt: Lignum tamen prædurum, albicans, insipidum, inodorum.

Radix similiter albicans, rubescente cortice cincta, aromatica.

Folia ordine decussato, petiolis crassis, subviridibus, circa ramulos proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, crassa, glabra, supernè colore atro-viridi splendens, infernè viridi dilutiore; nervis aliquot e media costa viridi, ac in adversa parte valdè extuberante, in latera excurrentibus: odor & sapor aromaticus.

Flores suaveolentes, circa extremos ramulos glomeratim, non sparsim producuntur, sensimque porrectis columellis umbellæ specie panduntur; constant ii quatuor oblongo-teretibus, cuspidatis, rigidis, interius cochleato-cavis & albicantibus, exterius viridescentibus, atque stellæ in modum expansis foliolis, octo candidis, surrectis, latis ac similiter expansis staminulis medium occupantibus; inter quæ globulus prodit viridescens, cum basi flavescente.

Floribus *fructus* succedunt subrotundi, & ferè quadrilateri, cum cuspidate brevi in vertice, crasso, viridique cortice cincti, carne intus viridi-fuscâ, odoris, saporisque aromatici, referti; intra quam officulum continetur


8 HORTUS MALABARICUS.
tur quadripartitum , quatuor candida ac oblongo-ro-
tunda in distinctis loculis continens *semina*.

Crescit arenosis & montanis Regni Malabarici locis,
præsertim in Baypyn ; semper viret , quotannis floret,
fruetque.

Porro ex arboris radice in sesami oleo cocta linimen-
tum paratur , contra cephalæam , artuumque dolores
inveteratos.



Patsjotti Lat.
పావోడి Mal.
पावोटी Brah.
بجیبا حبیب Arab.



P A T S J O T T I.

Tab. 5.



Atsjotti Malabarenfibus & Brachmanis, quibus etiam *Sameno* nuncupatur, *Olheira* Lusitanis, *Oogappelen* Belgis, Arbor est pruno magnitudine similis, caudice haud ita tenui, cinereo, saporisque amaro-dulcis cortice munito, nec non ramulis subviridibus in orbem diffusis ornato.

Radix fibrata, albicans, nigricante cortice cincta, saporis amaro-dulcis.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, in ambitu ferrata, crassa, densa, glabra, nitentia, supernè atro-viridia, infernè subviridia, nervis aliquot e media costa in latera excurrentibus; sapor amaro-dulcis, sylvestris.

Flosculi albicantes ac suaveolentes racematim furculis inhaerent, quinque oblongo-teretibus cuspidatis foliolis constantes, quinque flavescentibus staminibus medium occupantibus.

Flosculis pari modo succedunt *Fructus* rotundi, surrecto florum calyce in vertice coronati, primum virides, dein cæruleo-nigricantes, ac nigricans continentes officulum, quod *Nucleum* includit albicantem, dulcis, adstringentisque saporis.

Nascitur locis arenosis ac petrosis in Oedeampere & Candenate, semper viret, quotannis floret, ac mense Decembri maturos exhibet fructus.

Cæterum arboris folia oleo incocta oculorum vitia corrigere ferunt. Radicis cortex cum cinnabaris pauxillo, & lacte muliebri tritus ophthalmiæ medetur: Ex eo-

HORTUS MALABARICUS.

dem cum zinzibere & femine cumini in aqua cocto potus conficitur, qui ventris doloribus placandis mirificè confert.

Tab. 5.

Arboris hujus fructus cum formâ, tum colore, *ti americanæ sylvestris Pisonis*; propterea tamen can-
& sapore haud absimilis est Fructui *Cambuy* seu *Myr-*dem esse arborem, affirmare nequeo.



PERIN-

Perin-Patsjoti Lat.
 2307902. Mal.
 سيجيا Arab.



PERIN-PATSJOTTI.

Tab. 6.



Rbuscula quæ Malabarensibus *Perin-patsjotti*, Brachmanis *Dasameno*, Lusitanis *Salaõ d'orra*, Belgis *Tamme Lerick* nuncupatur, humilis est, septem circiter pedes alta, ac præcedenti similis.

Folia ordine decussato, ramulis inhærent, oblongo-rotunda, acuminata, in ambitu crenata, crassa, densa, glabra, splendens, nervis aliquot e media costa in latera excurrentibus.

Flosculi non furculis foliaceis, at ipsis ramis inhærent, quinque candidis, oblongo-rotundis, & acuminatis foliolis constantes, numerosis staminibus albicantibus, flavescens apicibus ornatis, medium occupantibus, inter quæ stilus prodit exiguus, obtusus.

Flosculis succedunt *Bacca* rotundæ, quadripartitæ, viridi-flavescentes, quatuor intus continentibus *semina* rubicunda, oblongo-rotunda.

Provenit similiter in Candenate; semper viret, fructus fert Septembri & Octobri mensibus.

Cæterum ex arboris foliis in lacte vaccino & sesami oleo coctis linimentum paratur ophthalmicum, & cephalicum.



Katou - Patsjotti Lat.
2303110. Mal.
كيتيا Arab.



K A T O U - P A T S J O T T I.

Tab. 7.



Atou-patsjotti & Tsjotti Malabarenfibus, Same-notti Brachmanis, Salaõ Lufitanis, Lerick Belgis, Arbuscula humilis est, caudice tenui, albicante, cortice obducto cinereo-rubescente.

Radix subalbicans, rufo cortice cincta, graveolens, unctuosa.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, in ambitu crenata, crassa, supernè colore atro-viridi splendentia, infernè subviridia, mollia, ac tomentosa; nervis aliquot e media costa in latera excurrentibus.

Flores ad foliorum exortum racematim furculis inhærent, tribus rubro-flavescentibus, subrotundis, ac cochleato-cavis foliis constantes; odor nullus.

*Fructus calycibus quinquepartitis excepti floribus pari modo succedunt, subrotundi antè in acutum mucronem desinentes, tribus angulis sulcati, crasso, viridique cortice tecti: in medietate tria latitant *semina* oblongo-rotunda, triquetra, purpureo-nigricantia, membranaceis pelliculis sejuncta, ita ut singula in singulis latitent cellulis.*

Provenit variis regni Malabarici locis, præsertim in Candenate; semper viret, quotannis fructus fert, Septembri viz. & Octobri mensibus.

In re medica nullus ejus usus est.

Akara-Patsjoti Lat:
കര ലാലാ 22 Mal:
فخرف باجبا طحين Arab:



ACARA-PATSJOTTI.

Tab. 8.



Cara-patsjottili Malabarenfibus, *Tilo Sameno* Brachmanis, *Salaõ Femea* Lusitanis, *Lerick wyfken* Belgis, humilis quoque Arbuscula est, præcedentium æmula. *Folia* tamen minus lata, & in ambitu non crenata.

Flores candidissimi, suaveolentes, ramulorum extremis numerosi proveniunt, atque calyci viridi, in quatuor lacinias subrotundas secto, inhærent, quatuor oblongo-rotundis, ac versus exteriora reflexis foliis constantes, staminulorum albicantium, carneis ac subrotundis apicibus ornatorum, congerie mediam floris cavitatem & umbilicum occupante; inter quæ globulus prodit oblongus, acuminatus, quadripartitus, quatuor feminum, in fructu dein succrescentium, rudimentum.

Fructus subrotundi, cum cuspidè in vertice, quadripartiti, virides primum, dein atro-rubentes ac nitentes, e calyce florum occluso constantes, quatuor oblongo-rotunda, subviridia, ac distinctis suis pelliculis inclusa *semina* continent; sapor ingratus & sylvestris.

Provenit etiam locis montanis & petrosis in Candenate; semper viret, Septembri & Octobri mensibus fructus fert.

Ex arboris foliis in oryzæ infuso coctis gargarisma paratur, quod aphthis potenter medetur.

Tab. 6. 7. 8.

Quamquam peregrinæ hæ, & a nullo Botanico | magna tamen in notis Essentialibus cernitur diffe-
propositæ arbores *Patsjotti* nomine innotescunt; | rentia, adeo ut diversæ meritò censeantur species.

Mala-Poenna Lat.
മലപ്പൊന്ന Mal.
ملا پونج Arab.



MALA POENNA.

Tab. 9.



ARbor quæ Malabarenſibus *Mala poenna*, Brachmanis *Nalal ſuri*, Luſitanis *Saritos*, Belgis *Brons-boom* nuncupatur, procera eſt, caudice flaveſcente, cortice obdueto cæruleo-albicante, ruгоſo, odoris, ſaporifque ſylveſtris, nec non ramulis ſubcinereis ac lanuginofis, in orbem diffuſis, ornato.

Radix rubelcens, furvo cortice cinctâ, amara.

Folia brevibus, craſſis, ac hirsutis petiolis denſâ congerie circa ramulos proveniunt, oblongo-teretia, craſſa denſa, glabra, ſplendentia, ſupernè atro-viridia, infernè ſubviridia, ac lanuginofa; nervis aliquot e media coſta craſſa, viridi-albicante, hirsuta, ac in adverſa parte extuberante, in latera excurrentibus: ſapor amarus ac ſylveſtris.

Interim ipſis ramis *Gemma* proveniunt ſubvirides, exiguæ, rotundæ, quadripartitæ, quibus apertis quinque prodeunt *Floſculi*, quatuor vel quinque oblongo-rotundis, viridi-albicantibus, ac inferius ſubrubeſcentibus foliolis ſinguli conſtantes, octo vel decem albicantibus, ſurrectis ſtaminulis, flaveſcentibus apicibus ornatis, medium occupantibus.

Floſculis ſuccedunt *Baccæ* ſubrotundæ cum cuspide in vertice, viridi-fulcæ, glabræ, nitentes, ſaporis ſubamari & aromatici, unum intus *Nucleum* continentes.

Nalcitur variis regni Malabarici locis, præſertim in Rapolyn; ſemper viret, quotannis floret, frugetque.

Cæterum arboris folia cum ficcato Elephantis fimo in pulverem redacta, & relictis post curatas variolas ulcusculis inspersa, iisdem mederi fertur.

Tab. 9.

Pinna seu *Poenna* nomine plures arbores in horto Malabarico occurrunt, inter quas tamen magnum observatur discrimen.



Pavetta indica
Pers. 5. Tab. 10.

Pavetta Læ.

பாவை மல.

Gitā-Matiki

वेदावटके Arab.

بیتونجیة Arab.



P A V E T T A,

seu

M A L L E A M O T H E.

Tab. 10.



Pavetta Malabarenfibus, *Cita Mataqui* Brachmanis, *Fruita Gradinha* Lufitanis, *Scheel-coorn* Belgis, Arbuscula humilis est, seu potius Frutex, trium circiter pedum altitudine, caudice tenui, albicante, cortice cincto cinereo, ramulisque viridibus, in orbem diffusis, ornato.

Radix fibrata, albicans, saporis amari, odoris aromatici.

Folia geminata ordine parallelo ramulis inhærent, oblongo-rotunda, acuminata, crassa, mollia, viridia, superne splendens, inferne nequaquam; nervis aliquot e media costa viridi-albicante, ac in adversa parte eminentibus, in latera excurrentibus; odor gravis, sapor acidus, vinosus.

Flores in umbellas expansi extremis ramulis proveniunt, odori, quatuor candidis, acuminatis, ac stellæ in modis expansis foliolis constantes: folia hæc totidem intercedunt staminula alba, similiter expansa; medium occupante tenui, oblongo, candidoque stylo.

Floribus pari modo succedunt *Bacca* rotundæ, glabro, viridi-fusco, ac nitente cortice tectæ, carneque intus aqueâ, viridi, saporisque subacidi refertæ; intra quam *Nucleus* continetur rotundus, albicans, durâ cartilagineâque pelliculâ cinctus.

Crescit multis Regni Malabarici locis, præsertim in Warapouli; semper viret, quotannis floret, ac maturos exhibet fructus.

Porro ex arboris radice cultrorum capulæ conficiuntur. Cum foliis stercoreantur agri. Adhæc ex foliis in palmæ oleo frixis linimentum fit ad tollendam impetiginem, & variolas exsiccandas: Ex iisdem in aqua communi coctis fomentum paratur, ad hæmorrhoidum dolores placandos. Radix cum zinzibere & croco in pulverem redacta, & cum oryzæ infuso exhibita, hydropem sanat, serositates superfluas per vias urinarias potenter educendo.

Tab. 10.

Arborem hanc prolixè describit *Christoph. Acoſta* *aromat. lib. cap. XIV.* nomine *Parvate*, additque *Vasaveli* etiam nuncupari, quemadmodum & Lusitanis *Arbor contra los Erispoids*. Facit quoque ejusdem arboris mentionem *Casparus Bauhinus in pinace*, iſque *Arborem Malabarensium fructu Lentisci* vocat; ut & *Joh. Nieuhof in itinerario fol. 167.*





Tsjeriani-Cottam Lat:
നെയ്യേട 23.0 ക 38. - Mal:
Pátara-Ponni
पातरफोरी Brah:
جَهْرُومَام فَا طَام Arab:

T S J E R I A M - C O T T A M.

Tab. II.



Sjeriam-Cottam Malabarensibus, *Pattara-ponni* Brachmanis, *Ramisoli* Lusitanis, *Lijs-bessen* Belgis, Arbuscula est humilis, caudice candido, cortice obducto cinereo, inodoro, acri.

Radix albicans, acris, inodora.

Folia crassis, brevibusque petiolis circa ramulos proveniunt, oblongo-rotunda, crassa, densa, glabra, superne viridia, inferne subviridia; costa media albicans, & in adversa parte quodammodo extuberans, è qua plures exiles nervuli superiora versus exoriuntur, qui in se invicem arcuatim deferuntur: sapor adstringens & sylvestris.

Flosculi racematim proveniunt, exigui, suaveolentes; constantii quinque, viridi-fuscis, subrotundis, ac expansis foliolis, quinque e viridi flavescentibus staminulis medium occupantibus, inter quæ stilus prodit tenuis, viridi-dilutus, capitulo rotundo.

Flosculis pari modo succedunt *Bacca* rotundæ, cum cuspide in vertice, primum viridi-albicantes, dein rubescentes, carne intus humidâ, saporisque acidi refertæ, Ribibus nostratibus haud multum ab similes, præterquam quod unicum tantummodo in singulis continetur *ossiculum* scabrum, albicans, plano-rotundum.

Crescit multis in locis Regni Malabarici, præsertim in Warapoli & Paloerti; semper viret, quotannis semel, nonnunquam bis floret, frugetque.

Porro ex arboris foliis in aqua coctis fit oris collutio, gingivis flaccidis ac prætumidis curandis utilis. Etiam e cortice cum femine cumini in lactis sero decocto gargarisma paratur, quod aphthis potenter mederi dicitur.

Tab. II.

Tsjeriam-Cottam ad cæteras *Cottam* species part. 1. Tab. 56. & part. 2. Tab. 16. meritò refertur; est-que tertia illarum, ut notæ genericæ indicant: omnes namque humiles sunt arbusculæ bacciferae, flore pentapetalo.



Besââl Lat.
ବିଷ୍ଣୁ ଖଣ୍ଡ Mal.
Vilengi
ବିନି
وینجان Arab.



B A S A A L.

Tab. 12.



Rbor quæ *Basaal* Malabarenfibus, *Vilengi* Brachmanis, *Fruita Pedrica* Lufitanis, *Swynbessen* Belgis nuncupatur, mediocris est magnitudinis, caudice tenui, albicante, cortice obducto cinereo-fusco; nec non pluribus ramulis subviridibus, ac subcinereis donato.

Radix albicans, crasso, subrufoque cortice tecta, saporis amaricantis.

Folia circa extremos ramulos brevibus petiolis proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, mollia, flaccida, atro-viridia; costa media crassa, e qua plures superiora versus exoriuntur costulæ, in adversa parte extuberantes: sapor amarus, odor acris.

Flosculi numerosi racematim proveniunt, candidi primum, dein ex albo rufescentes, suaveolentes, calycique exiguo, subrufo, in quinque lacinias acuminatas secto inhærent, quinque oblongo-teretibus, ac stellæ in modum expansis foliolis constantes: foliola hæc totidem intercedunt staminula alba, surrecta, subruvis apicibus ornata; medium occupante stylo exiguo.

Flosculis simili fertilitate succedunt *Bacca* rotundæ, rubescentes, cum cuspide in vertice, inferius calyce quinqueangulo exceptæ, carne succulentâ ac subdulci intus refertæ; intra quam officulum locatur albicans, plano-rotundum, Nucleum continens candidum, amaro-dulcem.

Provenit locis arenosis, præsertim fertili solo circa Cochin; quotannis floret, frugetque, atque a primo sationis anno ad quintum decimum frugifera esse solet.

Cæterum e tenerioribus arboris foliis, addito zinzibere, in aqua coctis gargarisma paratur, faucium affectibus tollendis utile. E baccis in butyro frixis unguentum conficitur, quod fronti ac temporibus illitum phreneticis valde prodesse dicitur: Nuclei vero earundem assumpti lumbricos necant. Radicis cortex ficcatus, & dolenti denti adhibitus odontalgia mederi perhibetur.

Tab. 12.

Arboris hujus fructui haud dissimilis Fructus provenit in Java circa Bataviam, isque Malaccis *Bon-Bon-ria*, Javanis *Kanne koeni* nuncupatur.



Kare-Kandel Lat.

കാദകുളി Mal.

Cardelo

कादक़ Brah.

کھارانی از صومال Arab.



K A R E - K A N D E L.

Tab. 13.



Are-Kandel vel *Kandeque* Malabarenfibus, *Kandelo* Brachmanis, *Arbore da pao Salgado & Salgeira* Lusitanis, *Kandeke* feu *Run-boom* Belgis, Arbor est procera, quadraginta circiter pedes alta, caudice crasso, denso, cortice obducto crasso, cinereo, intus rubescente, multif- que ramulis nodosis ac geniculatis donato.

Radix itidem crassa, fibrata.

Folia bina aut terna simul juncta extremis ramulis inhærent, oblongo-rotunda, glabra, densa, supernè colore atro-viridi splendentia, infernè viridi dilutiore; nervis aliquot in adverfa parte eminentibus, e media costa in latera excurrentibus.

Flores umbellæ in modum longis ac viridi-striatis petiolis, circa foliorum exortum proveniunt, inodori, exigui, suntque quasi gemmullæ e septem acuminatis, viridibusque foliolis constantes: ex umbilico prodeunt staminula quatuordecim; quorum septem albicantia, apicibus crispis, candidisque ornata, flosculi foliola intercedunt; septem vero longiora, rotundis flavisque nodulis dotata mediam flosculi cavitatem occupant, altiufque eminent, inter quæ stilius prodit albicans, supernè velut stellulâ candidâ septem cuspidum exornatus.

Fructus consimili modo frequentes succrescunt, suntque *Bacca* rotundæ, umbilico exiguo in vertice præditæ, primum virides, dein rubescentes, tandem rubro-nigrigantes, ac resinosis, albicantibusque striis obductæ, carne intus rubicundâ ac subacidâ refertæ, intra quam officulum locatur atro-purpureum.

Pars V.

N


Nasci-

Nascitur ubique in Malabar; semper viret, quotannis floret, frugetque.

Porro cum arboris foliis agri stercoreantur. Etiam ex iisdem tenerioribus in oryzæ infuso coctis, oris collutio fit, aphthis curandis summè utilis.

Tab. 13.

Kare-Kandel seu *Kandeque* inter bacciferas meritò refertur; plures tamen arbores ejusdem nominis inter filiquosos parte seqq. exhibebuntur. *Zanonius* cap. 13. *catalogi stirpium in Regno Malabarico crescentium* quoque hujus arboris mentionem facit, at *Kandol* vocat.



Guattalicia Corinti
Pav. Tab. 14

Corinti Panel Lat.

കുറുനൂട്ടു Mal.

Korinti

कोरीट Brah.

فخور قنطريه Arab.



CORINTI PANEL.

Tab. 14.



Rbuscula quæ Malabarensibus *Corinti Panel*, Brachmanis *Corinti & Apocaro*, Lusitanis *Pao Costus do Mato*, Belgis *Heyl-wortel* nuncupatur, altera *Narum-Panel* part. 2. Tab. 10. descriptæ species est, similique modo, ac pari altitudine excrefcit.

Radix albicans, cinereo ac lanuginoso cortice tecta; sapor acris, odor aromaticus.

Folia sine ordine ramulis inhærent oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, nitentia, supernè atro-viridia, infernè subviridia; costa media crassa, infernè eminens, e qua plurimi superiora versus exoriuntur nervuli, qui in se invicem arcuatim deferuntur: odor ac sapor acris, & aromaticus.

Flores racematim proveniunt, constantque sex viridibus, oblongo-rotundis, ac extrorsum reflexis foliis, medium occupante globulo plano-rotundo, viridi, qui ipsius fructus rudimentum est.

Floribus pari modo succedunt *Baccæ* rotundæ, primum virides, dein rubicundæ, carne subdulci intus refertæ, intra quam officulum locatur rotundum, rubro-fuscum, *Nucleum* continens albicantem.

Crescit ubique in Malabar, & præsertim locis arenosis ac petrosis in Candenate; quotannis floret, fructusque fert, mensibus viz. Julio & Augusto.

Vires autem & facultates hujus arboris eadem sunt, ac *Narum-panel* part. 2. Tab. 10. descriptæ.

Tab. 14.

Arboris hujus duæ species in parte 2. Tab. 9. & 10. exhibentur; viz. *Panel*, & *Narum-panel*, quas *Nimbo* esse putavi; at malè; uti alibi latius docui.

Perin Panel. Lat.

யுபு 3 6776 Mal.

34413 Brah.

جوز قهوه Arab.



P E R I N - P A N E L.

Tab. 15.



Erin-panel Malabarenfibus, *Cali apocaro* & *Cunto* Brachmanis, *Paõ-costus* Lusitanis, *Groot Heyl-wortel* Belgis, Frutex est seu Arbuscula humilis, quatuor circiter pedes alta, caudicetenui, albicante, cortice obducto cinereo, intus viridi, aromatico.

Radix densa, albicans, furvo cortice tecta, saporis acris, odoris aromatici.

Folia geminata ordine parallelo circa ramulos crassis ac subviridibus petiolis proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, tenuia, supernè colore atro-viridi splendentia, infernè viridi dilutiore; costa media crassa, & in adversa parte altè extuberans, e qua plurimi superiora versus exoriuntur nervuli, qui in se invicem arcuatim deferuntur: sapor sylvestris.

Flores racematim proveniunt, candidi primum, dein rufescentes, quinque teretibus acuminatis, ac extrorsum reflexis foliis constantes; totidem albicantibus staminulis, flavescantibus apicibus ornatis, mediam floris cavitationem & umbilicum occupantibus, inter quæ stilus prodit surrectus.

Floribus deciduis succedunt *Bacca* oblongo-rotundæ, acuminatæ, crasso, duro, & atro-viridi cortice cinctæ, pulpâ intus albicante primum, dein subcæruleâ, aquosâ, ac insipidâ refertæ. In meditullio decussatim quatuor latent *semina* albicantia, dura, oblongo-rotunda, membranaceis pelliculis a se invicem sejuncta.

Nascitur Regni Malabarici variis in locis, præsertim in Berkenkour; semper viret, floret, fruetque.

HORTUS MALABARICUS.

Cæterum ex fruticis hujus, seu arbusculæ foliis ficcatis, & prunis impositis, suffumigium fit, quod paroxysmos hystericos potenter solvere fertur.





Tsjérou - Pánel Lat.
ନିଝିରାମିନି ନିଝିରାମିନି Mal.
Apacáru
अपकाउ Brah.
جَمْرُؤَيْعِي Arab.

T S J É R O U - P A N E L.

Tab. 16.



Sjerou Panel feu *Baala paleti* Malabarenfibus, *Apacaro* Brachmanis, *Clyn Heylwortel* Belgis, Arbuscula humilis est, atque tertium genus *Narum-panel* part. 2. Tab. 10. descriptæ, cui tum caudice, tum radice, & crescendi modo similis est.

Folia sine ordine ramulis inhærent, oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, supernè atro-viridia & splendentia, infernè subviridia; costa media crassa, viridi-flavescens, ac in adversa parte extuberans, è qua plures exiles nervuli exoriuntur, qui in se invicem arcuatim deferuntur: odor ac sapor acris, & aromaticus.

Flores rotundis, viridibus, ac lanuginosis petiolis circa extremos ramulos proveniunt, rubescentes, calycique exiguo, subviridi, ac tripartito inhærent, sex oblongo-teretibus, cuspidatis, ac stellæ in modum expansis foliolis constantes, medium occupante capitulo globoso, albicante primum, dein rufescente, punctis minutissimis in superficie notato; quod ipsius fructus rudimentum est.

Floribus succedunt *Fructus* rotundi, nigricantes, glabri, carne intus succulentâ, acido-dulci referti, intra quam ossiculum continetur rotundum, nigricans; *Nucleum* includens albicantem.

Crescit multis Regni Malabarici locis, præsertim in Angiccaimaal; semper viret, floret, fruetque.

Cæterum expressus ex arboris foliis succus, & cum opii tantillo in initio febrium intermittentium exhibitus, illarum paroxysmos mitigat: Ex iisdem in aqua communi coctis semicupium paratur ad arthriticos dolores placandos.



Kal Tsjerou Panel Lat.
ചെട്ടുവടരേഖ. *Mal.*
അപകാദ *Brah.*
كجروسيه *Arab.*

KALTSJEROU-PANEL,

seu

PANEL MONTANA MINOR.

Tab. 17.



Altsjerou-panel Malabarensibus, *Avali-apocaró* Brachmanis, *Pao Costus da serra menor* Lusitanis, *Berg Heylwortel* Belgis, Arbuscula humilis est, seu potius Frutex, atque quarta *Narum-panel* species; præcedentibus haud absimilis, præterquam quod *Folia* minora sint, oblongo-teretia, acuminata, suaveolentia, aromatica.

Provenit locis montanis & petrosis circa Paracaro; semper viret, floret, frugetque.

Vires autem & facultates hujus arbusculæ eadem sunt, ac *Narum-panel*.





Kasjoi Panel Lac.
കുടലു മല. Mal.
Apacaru
अपकाय Brah.
فحاشاوع Arab.

KATS JAU-PANEL,

seu

PANEL SYLVESTRIS.

Tab. 18.



Rbusecula quæ Malabarensis *Kasjau-panel*, Brachmanis *Pee-apacaro*, Lusitanis *Pao Costus Bravo*, Belgis *Wild Heylwortel* nuncupatur, humilis est, quatuor circiter pedes alta, caudice tenui, multisque ramulis subviridibus donato; Lignum albicans, cortice cinereo, intus viridi, saporis acris & aromatici munitum; nec non rufescente ac fungosâ intus medullâ refertum. *Radix* vero insipida, inodora.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, supernè atro-viridia & splendentia, infernè subviridia; nervulis aliquot tenuioribus, ac vix conspicuis e costa media, viridi-albicante in latera excurrentibus: odor gratus, sapor subacris.

Flores & Fructus *Tsjerou-panel* floribus & fructibus similes.

Nascitur locis montanis circa Mangatti; semper viret, floret, frugetve.

De viribus autem, & facultatibus nihil constat.

Tab. 16. 17. 18.

Quanquam Lusitani omnes *Panel* species ob saporem aromaticum vulgo *Costi* nomine appellant, nullam tamen cum costo similitudinem habent, uti patet ex *Dioscoride lib. i. cap. 5.* At nulla apud Botanicos (quod sciam) *Panel* mentio fit.



Kayavo-Maram Lat.

കടലാഴി Mal.

सनने Brah.

قناشاق Arab.



K A S J A V O M A R A M.

Tab. 19.



Rbor hæc Malabarenſibus *Kasjavo Maram*, Brachmanis *Sarani*, Luſitanis *Palins*, Belgis *Lieverboom* appellatur, Eſtque juſtæ magnitudinis, caudice mediocriter craſſo, mul- tiſque ramulis nodofis donato; Lignum prædurum, albicans, furvo cortice muni- tum.

Radix fibrata, albicans, rubicundo cortice cinctâ, in- odora, ſubadſtringens.

Folia geminata ordine parallelo ramulis inhærent, ob- longo-rotunda, acuminata, glabra, nitentia, ſupernè atro-viridia, infernè ſubviridia, ſubacido-adſtringentia.

Floſculi inodori, ſubcærulei primum, dein purpuraſcen- tes, ad foliorum exortum racematim furculis proveniunt, calycique exiguo, rubicundo, ac quadripartito inhæ- rent, quatuor ſubrotundis foliolis conſtantes, octo ſta- minulis, rotundis apicibus ornatis, medium occupanti- bus; inter quæ ſtilus prodit tenuis, ſurrectus.

Fructus rotundi, glabri, nitentes, virides primum, dein albicantes & ſubcærulei, tandem cæruleo-nigricantes, carne intus cæruleo-albicante, ſucculentâ, dulcique re- ferti; intra quam officulum continetur, Nucleum inclu- dens albicantem.

Creſcit locis ſylveſtribus circa Cochin; ſemper viret; floret, frugetque.

Cæterum ex arboris foliis cum viridi curcuma in oleo coctis linimentum conficitur, hydatidibus pellendis uti- le: Foliorum ſuccus cum linteis pone aures poſitus Lip- pitudinem curat. Ex radice in oleo coctâ litus paratur contra arthritidem & Cephalæam.

Bellutta-Kanneli Lat.
വെട്ടുനാലി Mal.
Davi-Bedusi
घवेडुडी Brab.
بھلیجی عرب.



B E L L U T A - K A N N E L I .

Tab. 20.



Elluta-Kanneli, seu *Ben njavel* aut *Poutsja* Malabarenfibus, *Davi Bedoesi* Brachmanis, *Fruita Cauri* Lusitanis, *Dwergen appelen* Belgis, Arbor est mediæ magnitudinis, caudice duro, albicante, furvo cortice munito; Nonnunquam vero plures caudices unica e radice excrescunt.

Radix rubescens, odora, aromatica.

Folia geminata ordine parallelo circa ramulos proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, splendentia; costa media albicans, ac infernè emittens, e qua nervuli plurimi parallelo ductu versus superiora excurrunt, qui in se invicem arcuatim deferuntur: odor & sapor aromaticus.

Flores racematim in furculis proveniunt, suaveolentes: constant ii unico viridi-albicante foliolo seu calyce, sed in quinque leves incisuras seu lacinias diviso, numerosis fibris candidis, subflavescentibus ac rotundis apicibus ornatis, medium occupantibus; inter quas stilius prodit albicans, surrectus.

Floribus pari modo *Fructus* succedunt rotundi, & in vertice calyce seu foliolo florum surrecto coronati, virides primum, dein albicantes, tandem candidi, tenui pelliculâ cincti, intusque albicante, molli, subdulci; adstringente, odorisque aromatici carne referti; intra quam tenue continetur ossiculum, Nucleum includens rotundum, viridem, aromaticum.

Provenit in Coeroernade, vicinisque locis montanis & petrosis; semper viret, floret, fruetque.

Cæterum arboris folia ficcata, & in pulverem redacta, atque cum lactis sero exhibita, diarrhæam fanant: Ex foliis in aqua coctis Balnæum paratur contra quoscunque articulorum dolores.

Tab. 20.

Belluta Tsjampakan in parte tertia descripta, quam idem ejus cum hac arbore pronomen, in multis tamen ab invicem differunt, uti ex figuris & descriptionibus cernere licet.



Ponnagamì Lit.
പൊന്നാമി Mal.
پونگام Arab.



P O N N A G A M.

Tab. 21.



Rbor quæ Malabarenfibus *Ponnagam*, Brachmanis *Beniffa*, Lufitanis *Arola*, Belgis *Himpen* nuncupatur, procera est, triginta circiter pedes alta, caudice mediocriter crasso, multifque ramulis in orbem diffusis donato: Lignum densum, albicans, cinereo cortice obductum.

Radix rubescens albicante cortice cincta, odoris, saporisque sylvestris.

Folia petiolis longis, rotundis, subrubescens circa ramulos proveniunt; oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, supernè colore viridi-fusco splendentia, infernè subviridia; a pediculo ad apicem folii conspicuus nervus decurrit, minores quosdam emittens, e quibus transversæ multæ venulæ parallelæ excurrunt: odor & sapor ingratus, ac sylvestris.

Flores in odori extremis furculis spicatim proveniunt, calycique exiguo subrubescens inhærent, tribus, rarius quatuor oblongo-teretibus, viridescentibus, intusque lanuginosis ac striatis constantes foliolis, quæ e globulo rubicundo, oblongo-rotundo, prodeuntia, ac latè expansa jucundum intueuntibus ad spectum exhibent; medium occupantibus staminulis tenuissimis, brevissimis.

Singulis flosculis singuli succedunt *Fructus* rotundi, tribus, interdum quatuor angulis constantes, viridi-rubescens: totidem distinctis loculis *semina* solida continent, cuticulâ nigricante ac nitente intacta, medullâ albâ, ex rotundo oblonga, sapore adstringente, cum subsequente ardore.

Provenit in Paroe ; semper viret , floret , frugetque Augusto & Septembri mensibus.

Cæterum ex arboris foliis & fructibus cum melle contusis cataplasma paratur , quod ictibus ac moribus serpentum , aliorumque venenatorum animalium impositum , eos potenter sanat. Similiter radix trita , & cataplasmaticis formâ locis contusis imposita , sanguinem coagulatum dissolvit , & contusiones curat.





Tsjeru-Ponnagami Lat.
 മലങ്കരയുടെ ക. Mal.
 جَهْرُو بَعْنَاغَامُ Arab.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

TSJEROU-PONNAGAM.

Tab. 22.



Sjerou-Ponnagam Malabarenfibus, *Davo-beniffa* Brachmanis, *Arola menor* Lufitanis, *Roode Himpen* Belgis, altera *Ponnagam* species est; sed minor.

Radix furva, aromatica, acris.

Folia præcedentis arboris foliolisfimilia; at minora, & fuaveolentia. Similiter *Flores* Ponnagam flosculishaud abfimiles: præter quos tamen alii exigui infuper adfunt *Flosculi*, quibus Ponnagam deftituitur.

Floribus fuccedunt *Fructus* rotundi, in vertice umbilico trium filamentorum fubviridium ac lanuginoforum coronati, tenui, purpurafcente, ac lanuginofa cortice cincti; Nucem continent albicantem, tria diftinctis loculis includentem *fedmina* nigricantia, nitentia.

Crefcit locis arenofis in Baypin; femper viret, quotannis maturos exhibet fructus, mense circiter Septembri.

Vires autem & facultates hujus arboris eadem funt, ac præcedentis.



Pee Tsjerou-Ponnagam Læ.

പെട്രെൻഡ്രൻ *Mal.*

پتريونفام *Arab.*



PEE-TS FEROU-PONNAGAM.

Tab. 23.



Rbor hæc Malabarenfibus *Pee-Tsjerou-ponnagam*, Brachmanis *Tabeniffa*, Lufitanis *Arola da ferra*, Belgis *Bergh-Himpen* nuncupatur; Estque major *Ponnagam* fpecies, altiusque excrefcit, cæteroquin ei valde fimilis.

Fructus tamen a præcedentium fpecierum fructibus quodammodo differunt. Sunt iidem Baccæ tri-cocçæ, hoc eft, ex tribus globofis lateribus constantes, ac fi ex tribus globulis unitis fint formatae, viridi-flavefcen-tes, lanuginofæ, tria diftinctis oculis *fedmina* continentes fubrotunda, nitentia, Nucleo intus candido.

Nafcitur montanis Regni Malabarici locis, præfertim in Canjoer; femper viret, quotannis floret, ac maturosex-hibet fructus, mense circiter Augufto.

De viribus autem, & facultatibus hujus arboris nihil conftat.



Pee-Ponnagami Lac.
 12 12 3 9 8. Mal.
 پم پمغام Arab.



P E E - P O N N A G A M.

Tab. 24.



Ee-ponnagam Malabarensibus, *Soubenissa* Brachmanis, *Arola-penachozo* Lusitanis, *Pluym Himpen* Belgis, Arbuscula humilis est, duodecim circiter pedes alta, caudice mediocriter crasso, multisque ramulis in orbem diffusis donato; Lignum albicans, cinereo ac lanuginoso cortice munitum.

Radix Ponnagam radici similis. Quemadmodum & *folia* præcedentium arborum foliorum æmula.

Flores circa extremos ramulos oblongis, & florigeris petiolis confertim proveniunt; suntque spicæ, seu potius virgulæ plumosæ, viridi-flavescentes.

Fructus subrotundi, quatuor angulis constantes, virides, quadripartito in vertice umbilico coronati; quatuor distinctis loculis *semina* continent exigua, oblonga, rufa, nientia.

Provenit in Mangatti, semper viret, quotannis floret, fruetque, mense viz. Augusto.

Cæterum ex radicis & foliorum succo cum melle cocto linimentum paratur, potentissimum adversus venenatorum animalium ictus, morsive præsidium. Idem præstat Balneum, quod ex foliis hiſce cum allio decoctis conficitur.


Tab. 21. 22. 23. 24.

Omnes hæc *Ponnagam* species arbores sunt semper virentes Bacciferæ, & a nemine quod sciam descriptæ.

Molagò-Marami Luc.

മലഗോ നാലി Mal.

مُلا عُو يَغْرُومُ Arab.



1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50

BELLUTA-KANNELI.

Tab. 20.



Belluta-Kanneli, seu *Ben njavel* aut *Poutsja* Malabarenfibus, *Davi Bedoesi* Brachmanis, *Fruita Cauri* Lusitanis, *Dwergen appelen* Belgis, Arbor est mediæ magnitudinis, caudice duro, albicante, furvo cortice munito; Nonnunquam vero plures caudices unica e radice excrefcunt.

Radix rubescens, odora, aromatica.

Folia geminata ordine parallelo circa ramulos proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, splendentia; costa media albicans, ac infernè emittens, e qua nervuli plurimi parallelo ductu versus superiora excurrunt, qui in se invicem arcuatim deferuntur: odor & sapor aromaticus.

Flores racematim in furculis proveniunt, suaveolentes: constant ii unico viridi-albicante foliolo seu calyce, sed in quinque leves incisuras seu lacinias diviso, numerosis fibris candidis, subflavescentibus ac rotundis apicibus ornatis, medium occupantibus; inter quas stilius prodit albicans, surrectus.

Floribus pari modo *Fructus* succedunt rotundi, & in vertice calyce seu foliolo florum surrecto coronati, virides primum, dein albicantes, tandem candidi, tenui pelliculâ cincti, intusque albicante, molli, subdulci; adstringente, odorisque aromatici carne referti; intra quam tenue continetur ossiculum, Nucleum includens rotundum, viridem, aromaticum.

Provenit in Coeroernade, vicinisque locis montanis & petrosis; semper viret, floret, frugetque.

Cæterum arboris folia ficcata, & in pulverem redacta, atque cum lactis sero exhibita, diarrhæam sanant: Ex foliis in aqua coctis Balnæum paratur contra quoscunque articulorum dolores.

Tab. 20.

Belluta Tjampakan in parte tertia descripta, quantum idem ejus cum hac arbore pronomen, in multis tamen ab invicem differunt, uti ex figuris & descriptionibus cernere licet.



Ponnagami Lat:
Mal:
عجناغام Arab:



P O N N A G A M.

Tab. 21.



Rbor quæ Malabarenſibus *Ponnagam*, Brachmanis *Beniffa*, Luſitanis *Arola*, Belgis *Himpen* nuncupatur, procera eſt, triginta circiter pedes alta, caudice mediocriter craſſo, multiſque ramulis in orbem diffuſis donato: Lignum denſum, albicans, cinereo cortice obductum.

Radix rubefcens albicante cortice cinctâ, odoris, ſaporis ſylveſtris.

Folia petiolis longis, rotundis, ſubrubeſcentibus circa ramulos proveniunt; oblongo-rotunda, acuminata, craſſa, denſa, glabra, ſupernè colore viridi-fulco ſplendentia, infernè ſubviridia; a pediculo ad apicem folii conſpicuus nervus decurrit, minores quosdam emittens, e quibus tranſverſæ multæ venulæ parallelæ excurrunt: odor & ſapor ingratus, ac ſylveſtris.

Flores in odori extremis ſurculis ſpicatim proveniunt, calycique exiguo ſubrubeſcenti inhærent, tribus, rarius quatuor oblongo-teretibus, virideſcentibus, intuſque lanuginofis ac ſtriatis conſtantes foliolis, quæ e globulo rubicundo, oblongo-rotundo, prodeuntia, ac latè expanſa jucundum intueuntibus adſpectum exhibent; medium occupantibus ſtaminulis tenuiſſimis, breviſſimis.

Singulis floſculis ſinguli ſuccedunt *Fructus* rotundi, tribus, interdum quatuor angulis conſtantes, viridi-rubeſcentes: totidem diſtinctis loculis *ſemina* ſolida continent, cuticulâ nigricante ac nitente inteſta, medullâ albâ, ex rotundo oblonga, ſapore adſtringente, cum ſubſequenti ardore.

Provenit in Paroe ; semper viret , floret , frugetque Augusto & Septembri mensibus.

Cæterum ex arboris foliis & fructibus cum melle contusis cataplasma paratur , quod ictibus ac moribus serpentum , aliorumque venenatorum animalium impostum , eos potenter sanat. Similiter radix trita , & cataplasmatibus formâ locis contusis imposta , sanguinem coagulatum dissolvit , & contusiones curat.





Tsjeru-Ponnagami Lu.
 മലയാളം കേരളം Mal.
 جَهْرُو بَعْنَاغَامُ Arab.

1 2 3 4 5 6

TSJEROU-PONNAGAM.

Tab. 22.



Sjerou-Ponnagam Malabarenfibus, *Davo-beniffa* Brachmanis, *Arola menor* Lusitanis, *Roode Himpen* Belgis, altera *Ponnagam* species est; sed minor.

Radix furva, aromatica, acris.

Folia præcedentis arboris foliolis similia; at minora, & suaveolentia. Similiter *Flores* Ponnagam flosculis haud ab similes: præter quos tamen alii exigui insuper adfunt *Flosculi*, quibus Ponnagam destituitur.

Floribus succedunt *Fructus* rotundi, in vertice umbilico trium filamentorum subviridium ac lanuginosorum coronati, tenui, purpurascente, ac lanuginoso cortice cincti; Nucem continent albicantem, tria distinctis loculis includentem *semina* nigricantia, nitentia.

Crescit locis arenosis in Baypin; semper viret, quotannis maturos exhibet fructus, mense circiter Septembri.

Vires autem & facultates hujus arboris eadem sunt, ac præcedentis.



Pee Tsjerou-Ponnagam Lat.

പെട്രെരൂ പൊന്നാഗം Mal.

بيجرتسجام Arab.



PEE-TSJEROU-PONNAGAM.

Tab. 23.



Rbor hæc Malabarenſibus *Pee-Tſjerou-ponnagam*, Brachmanis *Tabeniſſa*, Luſitanis *Arola da ſerra*, Belgis *Bergh-Himpen* nuncupatur; Eſtque major *Ponnagam* ſpecies, altiſque excreſcit, cæteroquin ei valde ſimilis.

Fructus tamen a præcedentium ſpecierum fructibus quodammodo differunt. Sunt iidem *Baccæ tri-cocæ*, hoc eſt, ex tribus globofis lateribus conſtantes, ac ſi ex tribus globulis unitis ſint formatae, viridi-flaveſcentes, lanuginofæ, tria diſtinctis loculis *ſemina* continentes ſubrotunda, nitentia, Nucleo intus candido.

Nafcitur montanis Regni Malabarici locis, præfertim in *Canjoer*; ſemper viret, quotannis floret, ac maturos exhibet fructus, menſe circiter *Auguſto*.

De viribus autem, & facultatibus hujus arboris nihil conſtat.



Pee-Ponnagani Lat.
 1000000000 Mal.
 پونگامی عرب.



P E E - P O N N A G A M.

Tab. 24.



Ee-ponnagam Malabarenfibus, *Soubeniffa* Brachmanis, *Arola-penachozo* Lufitanis, *Pluym Himpen* Belgis, Arbufcula humilis eft, duodecim circiter pedes alta, caudice mediocriter craffo, multifque ramulis in orbem diffufis donato; Lignum albicans, cinereo ac lanuginofa cortice munitum.

Radix Ponnagam radici fimilis. Quemadmodum & *folia* præcedentium arborum foliorum æmula.

Flores circa extremos ramulos oblongis, & florigeris petiolis confertim proveniunt; funtque fpicæ, feu potius virgulæ plumofæ, viridi-flavelcentes.

Fructus fubrotundi, quatuor angulis constantes, virides, quadripartito in vertice umbilico coronati; quatuor diftinctis loculis *fedmina* continent exigua, oblonga, rufa, nientia.

Provenit in Mangatti, femper viret, quotannis floret, frugetque, mense viz. Augufto.

Cæterum ex radicis & foliorum fucco cum melle cocto linimentum paratur, potentiffimum adverfus venenatorum animalium ictus, morfulve præfidium. Idem præftat Balneum, quod ex foliis hifce cum allio decoctis conficitur.


Tab. 21. 22. 23. 24.

Omnes hæc *Ponnagam* fpecies arbores funt femper virentes Bacciferæ, & a nemine quod fciam defcriptæ.

Molagò-Marami Lat.

മലഗോ നഗം Mal.

مُلا عُجُو بَعْرُ عَمِّ Arab.



MASSARA

9

MOLAGO-MARAM.

Tab. 25.



*M*olago-Maram Malabarenfibus, *Mirifato* Brachmanis, *Arbore da pimienta falso* Lusitanis, *wilde peeper Boom* Belgis, arbor procera est, caudice crasso, multifque ramulis rotundis, viridi-flavescentibus, ac tomentosis donato; Lignum densum, albo-flavescens, cortice munitum crasso, cinereo, aspero.

Radix rufa, graveolens, insipida.

Folia terna simul juncta petiolis longis, rotundis, ac tomentosus proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, in ambitu crenata, supernè lanuginosa, infernè lenia; Nervis aliquot è costa media, viridi-albicante, ordine parallelo in latera excurrentibus: odor, & sapor ingratus ac sylvestris.

Flosculi numerosi petiolis longis ac lanuginosis insident; constant ii unico rufo & piloso foliolo seu calyce, staminibus tribus candidis, apicibus ornatis, medium occupantibus.

Singulis flosculis singulæ succedunt *Baccæ* rotundæ, atrovirentes primum, dein viridi-albicantes, ac lanuginosæ, carne intus viscosâ ac subdulci refertæ; intra quam *semen* continetur solidum, albicans, nucleo candido.

Nascitur sylvestribus Regni Malabarici locis, præsertim in Paroë; semper viret, floret, fruetque.

Ufus autem hujus arboris in re Medica nullus est.

Tab. 25.

Quamquam arbor hæc piperis sylvestris nomine Malabarenfibus innotescit, nulla tamen inter arborum hanc & piperis plantam similitudo est.

Mäl-Kombi

मालकोमि

Ona

नेव

ਮਲਕੋਮੀ



MAIL-OMBI.

Tab. 26.



Ail-ombi Malabarensibus, *Ona* & *Jammanā* Brachmanis, *Saloins* Lusitanis, *Wars-boom* Belgis, Arbor est Mali magnitudine, caudice mediocriter crasso, multisque ramulis in orbem diffusis donato: Lignum molle, flavescens, furvo cortice munitum, cujus matrix dura, rufescens.

Radix furva, acris, inodora.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, supernè atro-viridia & splendentia, infernè subviridia; costa media crassa & in adversa parte extuberans, e qua nervuli transversi plures superiora versus excurrunt, qui in se invicem arcuatim deferuntur: sapor subacris, odor nullus.

Flosculi viridi-fusci, ac nitentes racematim furculis inhærent, calycique exiguo, rotundo arcuè insident: sunt Gemmæ rotundæ, exiguæ; in tres, quatuorve leves incisuras seu lacinias divisæ.

Flosculis pari fertilitate succedunt *Baccæ* subrotundæ, in vertice umbilico, in totidem ut Gemmulæ incisuras seu lacinias diviso, coronatæ, viridi-fuscæ, carne intus aqueâ, ingrati ac sylvestris saporis refertæ; intra quam *semen* continetur solidum, oblongo-rotundum.

Provenit multis Regni Malabarici locis, præsertim in Cranganoor; semper viret, quotannis bis maturos exhibet fructus, Aprilo viz & Septembri mensibus.

De viribus autem, & facultatibus hujus arboris nihil constat.

Tab. 26.

Mail-Ombi ex notis suis genericis *Berberis* species videtur.

Pars V.

C c

N 7 A R A



Njara. Lat.
232. Mal.
वेहरी Arab.
عجوة Arab.

N J A R A.

Tab. 27.



Rbor hæc Malabarenfibus *Njara*; Brachmanis *Bedoufi*, Lufitanis *Gibique* & *graõ do gato*, Belgis *Stram-boom* of *Katers-ballen* nuncupatur, procera est, triginta circiter pedes alta, caudice mediocriter crasso, cinereo cortice munito, ramulisque in orbem diffusis donato.

Radix crassa, fibrata, nigricans.

Folia bina & bina sibi invicem opposita, oblongo-rotunda, ac in mucronem desinentia, crassa, densa, glabra, supernè atro-viridia & splendentia, infernè subviridia; costa media albo-flavescentia, ac protuberans, è qua nervuli transversi plurimi superiora versus excurrunt, qui in se invicem arcuatim deferuntur: sapor adstringens & subacidus, odor nullus.

Flores candidi, inodori, circa extremos ramulos glomeratim, non sparsim producuntur, sensimque porrectis columellis umbellæ specie panduntur; constant ii quatuor rotundis cochleato-cavis foliolis, numerosis staminibus albicantibus, flavescentibus apicibus ornatis, medium occupantibus, inter quæ stilius candidus, crassusque prodit.

Floribus succedunt *Fructus* rotundi, virides primum, dein rubescentes, tandem nigricantes ac nitentes, umbilico in vertice stelliformi coronati, tenui cortice cincti, carneque intus succulentâ ac subdulci referti; intra quod officulum continetur, *Nucleum* habens viridi-albicantem.


Nascitur montanis Regni Malabarici locis; quotannis floret, frugetque.

Cæterum arboris radix variis modis usurpatur ad oculorum, palpebrarumque affectus curandos.



Kaka Njara
 ககா நஜரா

فحاقى نجامع



KAKA-NJARA.

Tab. 28.



Rbor quæ Malabarenfibus *Kaka - Njara*, Brachmanis *Nilbedoufi*, Lufitanis *Fruita gibique preto*, Belgis *Swart Stram-boom* nuncupatur, præcedentis species est humilior, quatuordecim circiter pedes alta, caudice tenui, albicante, cortice munito furvo, intus flavefcente; nec non ramulis viridi-fuscis, in orbem diffusis, donato.

Radix fibrata, nigricante, intus subrubefcente cortice cincta.

Folia oblongo-rotunda, crassa; densa, glabra, supernè atro-viridia, infernè sub viridia, Nervis aliquot e media costa in latera excurrentibus; sapor subacido-adstringens, odor nullus.


Flores haud fecus ac præcedentis arboris, extremis furculis proveniunt, inodori, quinque oblongo-teretibus, acuminatis, rigidis, crassis, colorisque carnei foliis constantes, totidem staminulis albicantibus, flavo-rubescens apicibus ornatis, medium occupantibus; inter quæ stilius prodit viridi-albicans, ipsius fructus rudimentum.

Floribus pari modo succedunt *Bacca* oblongo-rotundæ, calycique exiguo, viridi, in quinque lacinias secto inherent, virides primum, dein albescentes, post rubeſcentes, tandem nigricantes ac nitentes, carne intus subrubefcente ac subdulci refertæ, officulo albicante, plano-rotundo.

Provenit in Porca & Moutan, semper viret, quotannis floret, fructusque fert, mense viz. Augusto.

Cæterum expressus ex arboris foliis succus, & cum lacteo nucis Indicæ succo exhibitus lumbricos necat: & cum muria epotus eisdem expellit.

Perin-Njara Lat.
232. Mal.
वेदरी Brah.
عرج. Arab.



P E R I N - N J A R A .

Tab. 29.



Rbor hæc Malabarenfibus *Perin-njara* feu *Ina-
lel*, Brachmanis *Madanaka*, Lufitanis *Graõ do
gato*, Belgis *Katers-ballen* nuncupatur; Eftque
juftæ magnitudinis, quadraginta circiter pe-
des alta, caudice craffo, candido, cortice
obducto furvo, multisque ramulis viridi-
bus, ceu frondibus umbrofis in latum diffusis, donato.

Radix rufa, nigricante cortice tecta, aromatica.

Folia geminata ordine parallelo extremis ramulis inhæ-
rent, oblongo-rotunda, ac in mucronem definentia,
denfa, glabra, atro-viridia, fplendentia, nervulis plu-
rimis e media cofa in latera excurrentibus; fapor amarus,
odor aromaticus.

Flores pediculis oblongis circa ramos teneriores prove-
niunt, copiofi, hoc eft, terni, quaterni, aut plures fi-
mul ferè congefti, inodori, amari; constant ii e calyce
exiguo, rotundo, viridi-albicante, numerosis ftaminulis al-
bicantibus, luteis apicibus ornatis, medium occupantibus.

Floribus pari fertilitate fuccedunt *Fructus* prunorum æ-
muli, oblongo-rotundi, exterius gibbi, interius leviter
finuofi, exiguo juxta verticem umbilico præditi, atro-
purpurei, glabri, nitentes, carne intus fucculenta, al-
bo-rufefcente, amaro-dulci & aromaticâ referti; intra
quam *Nucleus* continetur viridis, rufâ pelliculâ cinctus,
faporis acris & amari.

Nafcitur ubique in Malabar, præfertim circa Porka;
femper viret, quotannis fructus fert, Augufto viz. & fe-
ptembri menfibus, atque per fefquifeculum non raro
frugifera manet.

Cæterum ex arboris cortice in aqua cocto fit oris collutio pro Aphthis. Radix siccata, pulverisata, & exhibita Diarrhæam, Dyfenteriam, & Tenesimum curare dicitur. E fructibus in aqua coctis Gargarisma conficitur, faucium affectibus tollendis utile.

Tab. 27. 28. 29.

Njara seu *Inara* dictæ arbores inter se tum florum, tum fructuum ratione differunt, & à nullo Botanico, quod sciam, descriptæ.



VETA-

Vetadagii

orol s ord

Polly

श्री २ न

وہ طحا خیلقو



V E T A D A G O U.

Tab. 30.



Arbor hæc Malabarenfibus *Vetadagou*, Brachmanis *Polti*, Lusitanis *Nani*, Belgis *Craambessen* nuncupatur, Estque humilis, septem circiter pedes alta, caudice mediocriter crasso, albicante, cinereo cortice munito, multisque ramulis viridi-rubefcentibus, ceu frondibus umbrosis in latum diffusis, donato.

Radix fibrata, albo-rufescens, inodora.

Folia oblongo-rotunda, crassa, mollia, glabra, splendentia supernè, nequaquam infernè; nervis aliquot e media costa in latera excurrentibus: sapor subamarus.

Flosculi albicantes, quinque subrotundis foliolis constantes; odor nullus.

Flosculis succedunt *Baccæ* rotundæ, atro-purpurascentes, quinque intus continentes Semina solida, triquetra, albicantia primum, dein rubefcentia, tandem nigricantia.

Nascitur variis Regni Malabarici locis, præsertim in Angiecaimal; semper viret, bis in anno fructus fert, Martio viz. & Septembri mensibus.

Cæterum ex arboris foliis contusis, & cum Sesami oleo coctis linimentum paratur, quod abdomini illitum difficili partui succurrere, & retentas secundinas expellere fertur.

Kal-Veladagou Lat.

കാലവേലാദാഗു Mal.

तीलन Brah.

وَيْطَا حَبِيبَتُهُ Arab.



KAL-VETADAGOU.

Tab. 31.



St in super altera *Vetadagou* species, quæ Malabarenfibus *Kal-vetadagou*, Brachmanis *Adolia* & *Polti*, Lusitanis *Nani da serra*, Belgis *Berg-Craambessen* nuncupatur; præcedenti perfimilis, præterquam quod *Folia* minora sint, & magis teretia; *Flores* rubicundi; *Bacca* mali aurantii coloris, acidique saporis.

Provenit locis montanis & petrosis in Teckencour; viret perpetuò, quotannis floret, fructusque fert, mense circiter Februario.

Viret autem & facultates hujus arboris eadem sunt, ac præcedentis.

Tab. 30. 31.


Dux hæ *vatadagou* species magnam habent similitudinem cum *Niruri* in parte 2^a descriptâ. *Brey-* bit, nomine *Fruticis Æthiopici Bacciferi foliis myrtilli*. Est autem *Vatadagou vitis idææ* species.
nus cent. cap. 5. duas haud dissimiles plantas descri-



Watta Taly

۱۳۴۳۳۹

رَوَطَا طَعْلِي



W A T T A - T A L I.

Tab. 32.



Atta-tali Malabarenfibus, *Comati* Brachmanis, *Folhas da minta* Lufitanis, *Loog Boom* Belgis, Arbor est juſtæ magnitudinis, viginti circiter pedes alta, caudice mediocriter craſſo, multisque ramulis in orbem diffuſis donato: Lignum albicans, denſum, cortice munitum craſſo, furvo, inodoro, ſaporis unctuoſi, nec non medullâ intus refertum flavefcente.

Radix itidem furva, ſubſaſſa, mucilaginoſa.

Folia ſubrotunda, acuminata, oblongis, rotundisque petiolis circa ramulos proveniunt, ſupernè eleganti virore ſplendentia, infernè ſubviridia, inodora, inſipida; *Nervis* aliquot e media coſta viridi-albicante, hiriſuta, ac in adverſa parte extuberante, in latera excurrentibus.

Floſculi ad foliorum exortum ſpicatim proveniunt: ſunt ii gemmulæ rotundæ, muſcoſæ, viridi-flavefcentes, quæ apertæ duobus conſtant foliolis, binis ſtaminulis tranſverſis, exteriora verſus reflexis, pluribusque flavefcentibus apicibus ornatis, emittentibus.

Floſculis ſuccedunt *Baccæ* rotundæ, viridi-flavefcentes, inodoræ, inſipidæ, unicum intus includentes Semen rotundum, viride.

Provenit variis Regni Malabarici locis, præſertim circa Cranganoor; ſemper viret, quotannis floret, frugetque, Januario viz. & Februario menſibus.

Cæterum arboris folia cum viridi tabaco & oryzæ infuſo trita, ac ulceribus inveteratis & verminofis impoſita, potenter iis medentur. Ex iisdem foliis in aqua coctis

Balneum paratur aduersus algidas febres. E floribus & fructibus contusis, & in nodulum colligatis, lactique muliebri incoctis conficitur errhinum, quod algidis febribus mederi fertur.



Katou Velutta Amel-Podi

കാതു വേലുട്ടാ അമല്പുടി

بعلوطة امل پودي



Kareta-Amel-Podi

കാരിതാ അമല്പുടി

فخاريتا امل پودي



KARETTA AMELPODI.

Tab. 33.



Rbuscula quæ Malabarenfibus *Karettamelapodi*, Brachmanis *Ameli*, Lusitanis *Raiz da Cobra*, Belgis *Slange wortel* of *swart slange wortel* nuncupatur; humilis est, septem circiter pedes geometricos alta, caudice tenui, albicante, furvo cortice obducto, ramulisque viridi-fuscis & geniculatis pluribus donato.

Radix fibrata, nigricans, amara.

Folia geminata circa ramulos proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, mollia, glabra, supernè atro-viridia & splendentia, infernè subviridia, inodora, insipida, Nervis aliquot è mediacoſta in latera excurrentibus.

Flosculi candidi extremis furculis numerosi proveniunt, porrectisque columellis umbellæ specie panduntur, quinque crassis, acuminatis, intus candidis, extus rubescentibus lineolis striatis foliolis constantes; quinque staminulis albicantibus, subrubescentibus apicibus ornatis, mediam floris cavitatem & umbilicum occupantibus; inter quæ stylus prodit purpureus, supernè bifidus.

Floribus marcescentibus aut decidentibus eorum umbilici in *Fructus* excrescunt; *Baccas* viz. tricoccas, rotundas, colore viridi fusco striatas, ac nitentes, inodoras, insipidas.

Crescit locis arenosis & petrosis in Betsjour & Calecut; semper viret, quotannis floret, frugetque, mense circiter Augusto.

Porro arboris folia in aqua communi si decoquantur, eaque decoctio exhibeatur, colicum dolorem potenter mitigat. Radix antidotum perhibetur adversus serpentum ictus, morsusve, si in pera tantum geratur Ex fo-

liis, & radicibus in oleo olivarum coctis linimentum paratur, quod magnos tumores potenter digerit, resolvitque.

KATOU BELLUTTA AMELPODI.

QUæ *Katou Bellutta Amelpodi* Malabarensibus, *Gorallo Brachmanis*, *Raiz da Cobra branca do mato Lusitanis*, *wil-de witte Slange-wortel Belgis* dicitur *Arbuscula*, *Karettæ Amelpodi* species est, sed humilior; alioquin ei valdè similis, nisi quod *Radix albicans* sit, Flores candidi omninò.

Crescit locis montanis & sylvestribus in *Peratevidi*, ac aliis *Regni Malabarici* locis; quotannis floret, frugetque, Julio viz. & Augusto mensibus.

De viribus vix constat, saltem inferior habetur *Karettâ Amelpodi*.

Tab. 33.

Plures sunt plantæ, quæ *Amelpodi* nomine appellantur; & tamen nullam cum hac arbore habent similitudinem; Uti patebit ex iis, quæ in seqq. exhibebuntur.





Mouli-ila
मूलीला

Tepali
तेपली

मूलीला

M O U L I - I L A,

seu

M O U L E L A V O U.

Tab. 34.



Rbor hæc Malabarenfibus *Mouli-ila* feu *Moul Elavou*, Brachmanis *Tipali* & *Agadini*, Lufitanis *Limaõ Pimentosa*, Belgis *Peeper-limoenen* nuncupatur; Estque mediæ magnitudinis, quindecim circiter pedes alta, caudice crasso, ramulisque geniculatis, in orbem longè latèquè diffusis ornato, qui cortice viridi-fusco, saporis subacris & aromatici cincti, & crassis, duris, rigidis, acutisque spinis infuper muniti sunt.

Radix rufescens, aromatica, subadstringens.

Folia in ramis viridibus rotundis bina opposita, oblongo-teretia, acuminata, mollia, supernè atro-viridia, infernè subviridia, splendens; Nervis aliquot è media costa albicante, ac in adversa parte extuberante, in latera excurrentibus: sapor subacris.

Flosculi in umbellas expansi extremis ramulis numerosi proveniunt, quatuor oblongo-rotundis, subviridibus, ac uniformibus foliolis constantes, totidem staminulis viridi-albicantibus, flavescentibus apicibus ornatis, medium occupantibus; inter quæ stilius prodit exiguus, viridis.

Flosculis pari modo succedunt *Fructus* rotundi, cortice cincti viridi-fusco, crasso, inæquali, odore corticum citri, sapore quoque, at acriore & quasi ardente, pulpâque intus referti succulentâ, acidâ. Quam ob causam cibis incoquantur limonum & piperis loco. Hinc & saccharo vel melle condiuntur, & comeduntur ad ventricu-

lum roborandum, & alimentorum in eo fermentationem juvandam, vermesque necandos: Insuper muriâ & aceto condiuntur in Atsjaar, additis viz. alliis, sinapi, & zinzibere.

Provenit in Palacattatsjirri, ubi studiosè in hortis colitur; semper viret, floret, frugetque.

Tab. 34.

Spinosa hæc *Mouli-ila* genus est *Jdou-Mouli* in parte quarta descriptæ.



Benkara Lat.
02430 Mal.
कटे Brah.
بنگور Arab.



B E N - K A R A .

Tab. 35.



A Rbuscula quæ Malabarenfibus *Ben-Kara*, Brachmanis *Gali* feu *Babouli*, Lusitanis *Espinho d'urso*, Belgis *Aapel-doorn* nuncupatur, humilis est, duodecim circiter pedes alta, caudice tenui, albicante, multisque ramis in orbem diffusis donato; qui cortice cinereo, & furvo cincti, ac spinis insuper oblongis, duris, aculeatis, muniti sunt.

Radix fibrata, albicans, atro-purpurascens cortice tecta.

Folia bina opposita ramulis inhærent oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, supernè atro-viridia & splendentia, infernè subviridia, Nervis aliquot è mediâ costâ in latera excurrentibus; sapor subadstringens, odor nullus.

Flores suaveolentes, viridi-purpurascens è foliorum alis, summisque caulibus spicatum exeunt, (viz. singulis furculis flores multos in spicas dispositos sustinentibus) quinque plurimum oblongo-rotundis; acuminatis, tenuibusque foliolis constantes, atque calyci viridi, in quinque lacinias acuminatas secto inhærentes; totidem brevissimis, tenuissimis, candidisque staminulis, oblongis ac cinereo-striatis apicibus ornatis, mediam floris cavitatem occupantibus; inter quæ stilius prominet viridi-albicans, planus, capitulo oblongo, albicante.

Floribus pari modo succedunt *Bacca* rotundæ, exiguo in vertice umbilico præditæ, virides primum, dein purpurascens, hinc nigricans & splendens, crassiore cortice cinctæ, carneque intus densâ, humidâ, saporisque subdulcis & subadstringentis refertæ; intra quam Se-

mina continentur scabra, angulosa, membranaceis pelliculis, ceu parietibus integerrimis sejuncta, ita ut tria quatuorve plerumque in singulis latitent cellulis.

Nascitur circa Cochin; semper viret, maturos bis quotannis fert fructus, Martio viz. & Septembri mensibus.

Cæterum arboris radix ficcata, in pulverem redacta, & exhibita, foetum mortuum, ac secundinas post partum in utero relictas expellit, nec non menstrua obstructa provocat. Fructus immaturi diarrhæam compescunt, & nimium mensium fluxum imminuunt.



Kanden-kara Est.

കണ്ടുകടവു Mal.

गणक Brah.

قندنجة قار Arab.



K A N D E N - K A R A .

Tab. 36.



Anden-Kara Malabarenfibus, *Pouli-gali* Brachmanis, *Espinho Malinho* Lufitanis, *Strom-doorn* Belgis, Arbor est justæ magnitudinis, viginti circiter pedes alta, caudice medio-criter crasso, multisque ramis in orbem longè latèque diffusis donato; qui cortice cinereo tecti, ac spinis insuper longis, crassis, acuminatisque, uti & caudex, muniti sunt. Hæ autem spinæ omnis virulentiaë atque malignitatis expertes non sunt, utpote vulnera ab eis inflicta non rarò lethalia observari solent.

Radix fibrata, albicans, atro-purpureo cortice cinctâ.

Folia oblongo-teretia, tenuia, lenia, viridia, bina aut terna simul junctâ circa ramulos proveniunt, inodora, saporis sylvestris ac ingrati; à pediculo ad apicem folii Nervus decurrit rotundus, subviridis, infernè eminent, è quo plurimi exoriuntur nervuli exigui, contortuplicati.

Flosculi suaveolentes in racemos digesti ad foliorum exortum circa ramulos proveniunt, calycique viridi, exiguo inhærent, viridi-albicantes, monopetali quadripartiti, *hoc est*, ex unico foliolo in quatuor lacinias acuminatas diviso constantes; staminulis aliquot albicantibus, subrufis apicibus ornatis, medium occupantibus, inter quæ stilius prodit crassior, candidus, capitulo viridi.

Flosculis pari modo succedunt *Baccæ* plano-rotundæ, virides primum, dein flavescentes, tandem maturiores purpureo-subcæruleæ, carneque intus succulentâ, dulci, gratique saporis refertæ; intra quam duo continentur officula furva, plana, carne intercedente à se invicem disjuncta.

Provenit in variis Regni Malabarici locis, præsertim circa Cochin; bis quotannis fructus fert, Martio viz. & Septembri mensibus, ac semper viret.

In Medicina nullum habet usum.



NORTUS MALAPARTOLU

TTEROU

Tsjeru-Kara

മെടകുറ

Ganti

काटी

جَهْرُو حَارِع



T S J E R O U K A R A .

Tab. 37.



Sjerou-Kara Malabarenfibus, *Canti & Bidani* Galli Brachmanis, *Spinho Salsedo* Lufitanis, *Bitterdoorn* Belgis, Arbuscula humilis est, seu potius Frutex, sex septemve circiter pedes altus, caudice mediocriter crasso, multifque ramulis cinereis, spinis rigidis munitis, ac in orbem diffusis, ornato.

Radix rubescens, suaveolens, amara.

Folia bina, terna, vel plura simul juncta circa ramulos proveniunt, oblongo-teretia, crassa, densa, supernè atro-viridia, glabra, splendens, infernè subviridia, hirsuta; è costa media crassa, rotunda, & in adversa parte extuberante, plures aliæ superiora versus exoriuntur costulæ, quæ in se invicem arcuatim deferuntur: sapor sylvestris, subamarus.

Flores inodori, subvirides, exigui, plures simul juncti ad foliorum & spinarum exortum ramulis inhærent, pentapetalodes, (è quinque viz. foliolis acuminatus, & stellæ in modum expansis, constantes, quæ tamen simul decidunt) calycique exiguo, viridi, in quinque lacinias acuminatas secto inhærentes; staminulis quinque viridi-albicantibus, flavo-rufescentibus apicibus ornatis, mediam floris cavitatem & umbilicum occupantibus; inter quæ stilius prodit crassus, albicans, infernè pilis candidis obsitus, supernè cuspidatus, nodulo rotundo, flavescente.

Flosculis *Baccæ* succedunt virides, plano-rotundæ, bicocæ, umbilico lato in vertice coronatæ, intusque carne viridi, humidâ, ac amarâ refertæ; intra quam duo continentur Semina oblonga, seorsim locata.

Provenit in variis Regni Malabarici locis, præsertim in Bellange; semper viret, floret, frugetque.

Cæterum ex arboris foliis in aqua coctis fit oris collutio contra aphthas. Radix contusa, ac similiter in aqua cocta, ejus decoctum si sumatur, hepatis obstructions aperit, sanguinemque purgat, & exhilarat patientem.

Tab. 35. 36. 37.

Quoniam plures arbores Malabarensis Karis constat essentialibus. Inter has autem *Ben-Kara* & *Tsyrou-Kara* species sunt *Rhamni*.
re, & *Brachmanis Gali* nomine appellantur, non tamen ejusdem speciei censendæ sunt, uti ex no-





Talir-Cara
 ۛۛۛ ۛۛ ۛۛ ۛۛ
 الحاله فتح عرق

T A L I I R - K A R A .

Tab. 38.



Aliir-Kara Malabarenfibus, *Talir-Gali* Brachmanis, *Espinho Capado* Lusitanis, *Queendoorn* Belgis, Arbor est procera, triginta circiter pedes alta, caudice crasso, albicante, cortice cincto cinereo-furvo, glabro, ramulisque pluribus, in orbem longè latè-que diffusis, donato; qui oblongis, duris, rigidisque spinis infuper muniti sunt.


Radix albicans, furvo cortice tecta, odoris gravis, saporis adstringentis.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, in ambitu leviter crenata, crassa, densa, splendentia, supernè viridia, infernè subviridia; Nervis aliquot è media costa in latera excurrentibus: odor gravis, sapor sylvestris ac adstringens. At vero folia teneriora, ex vertice ramorum prodeuntia, plerumque rubro-purpurea sunt.

Flores & Fructus, quod hætenus saltem innotescit, non fert.

Provenit variis Regni Malabarici locis, præsertim circa Warapoli; semper viret, diuque superstes manet.

Cæterum ex arboris radice in aqua cocta potus conficitur, qui acidos falsosque humores per diaphoresin potenter evacuat. Ex foliis cum viridi curcuma in oleo frixis paratur linimentum, quod ad scabiem tollendam valdè laudatur.



Coiroi-Moelli
B 3 8 2 2
Babuli-Canti
बाबुलिका
نخورو مولی



C O U R O U - M O E L L I .

Tab. 39.



Courou - Moelli Malabarenſibus , *Babouli - canti* & *obadali* Brachmanis, *Espinho dos Bugios* Luſitanis, *Wasdoorn* Belgis, Arbuſcula humilis eſt, ſeu potius frutex, quatuor quinqueve pedes altus, caudice tenui, cinereo cortice cincto, nec non ramulis viridibus, aculeis armatis plurimiſque virgulis pullulantibus donato.

Radix fibrata, ruſcens, inodora, inſipida.

Folia in ramulis aculeatis proveniunt, oblongo-rotunda, in ambitu vix crenata, craſſa, denſa, ſupernè atro-ſubviridia & ſplendentia, infernè ſubviridia, nervulis aliquot è media coſtula in latera excurrentibus; ſapor ingratuſ, odor nulluſ.

Floſculi ſubvirides, graveolenteſ, quinque acuminatiſ, expaſiſque foliolis conſtanteſ; Numeroſiſ ſtaminuliſ viridi-albicantibuſ, flaveſcentibuſ apicibuſ ornatiſ, ac in orbem expaſiſ, medium occupantibuſ.

Floſculiſ ſuccedunt *Baccæ* rotundæ, virideſ primuſ, dein rubræ, & per maturitateſ nigricanteſ ac nitenteſ, carne intuſ ſucculentâ & acidâ refertæ; intraquam *Semina* continentur dura, oſſea, aſpera, anguloſa.

Naiſcitur in Baypin, aliſſque lociſ arenofiſ circa Cochin; ſemper viret, floret, frugetque.

Cæteruſ ex arboriſ foliſ cum radice in lacte vaccino coctiſ potuſ fit, qui antidotuſ habetur contra ſerpentiuſ morſuſ, ictuſve. Ex cortice in oleo frixo linimentuſ conficitur contra arthritideſ. Fructuſ maturi in deliciſ ab Indigeniſ comeduntur.

Tab. 39.

Courou-Moelli merito *Rhamni* ſpecieſ cenſetur.

Sundari

سونداری

سونداری



S O N D A R I.

Tab. 40.



ARbusecula quæ Malabarensis *Sondari* & *Kakaponna*, Brachmanis *Ajomato*, Lusitanis *Tiloinis*, Belgis *Maarboom* nuncupatur, humilis est, decem circiter pedes alta, caudice mediocriter crasso, ramulisque viridibus in orbem diffusis ornato: Lignum albicans, furvo cortice cinctum, nec non rufescente intus medullâ refertum.

Radix nigricans, odora, saporis haud ingrati.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, supernè atro-viridia & splendentia, infernè subviridia; costa media crassa, lignosa, viridi-albicans, ac in adversa parte extuberans, è qua plures exiles nervuli superiora versus exoriuntur, qui in se invicem arcuatim deferuntur: sapor sylvestris ac ingratus.

Flores exigui, suaveolentes, candidi, calycibus exiguis subviridibus, in quinque lacinias acuminatas sectis, inhærentes, extremis ramulis umbellatim proveniunt, pentaphylli; è quinque acuminatis foliolis, inferius junctis constantes; totidem staminibus albicantibus, rufescentibus apicibus ornatis, medium occupantibus: inter quæ stilius prodit exiguus, viridi-albicans, ac supernè bifidus, cujus basis est globulus exiguus, viridis.

Flosculis pari modo succedunt *Bacca* tetracocæ, aliquando pentacocæ, virides primum & nitentes, dein flavescentes, tandem maturiores nigricantes, carne intus refertæ succulentâ, nigricante, aromaticâ; intra quam quatuor plurimum continentur officula scabra, triquetra, albo-rufescentia.

Pars V.

R r

Crescit

80 HORTUS MALABARICUS.

Crescit in variis Regni Malabarici locis, præsertim circa Cranganoor; semper viret, quotannis floret, ac maturos exhibet fructus, mense viz. Septembri.

In Medicina verò Arbor hæc vix ullum habet usum.

Tab. 40.

Zanonius in Catalogo plantarum Malabaricum Cap. 13. arborem hanc nuncupat undari.



KAKA-

BOURNE MALABARICUS

Kaka-Toddaly. Lat.
കാകി തോട്ടലി. Mal.
काकी Brah.
جوز صناعيا Arab.



KAKA-TODDALI.

Tab. 41.



Aka-toddali Malabarenfibus, *Boriti* Brachmanis, *Espinho do ladraõ* Lusitanis, *Praatkens* Belgis, Arbuscula humilis est, multisque ramulis rotundis, longè latèque diffusis ornata, qui cortice atro-viridi cincti, & spinis infuper numerosis, brevibus, rigidis, acutisque muniti sunt.

Radix fibrata, atro-purpurea, graveolens, urens, ac causticam vim habet.

Folia terna simul juncta longis ac spinosis petiolis proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, in ambitu crenata, crassa, densa, glabra, supernè atro-viridia, infernè subviridia; Nervis aliquot è costa media albicante, ac in adverfa parte altè extuberante, spinisque rigidis obsitâ, in latera excurrentibus: odor fortis, sapor amarus, urens.

Flosculi graveolentes, candidi, è foliorum alis & summis caulibus spicatim exeunt, quinque acuminatis ac expansis foliolis constantes, totidem albicantibus staminulis, rufescentibus apicibus donatis, medium occupantibus; inter quæ stilius prodit brevis, surrectus, cuspidatus.

Flosculis pari modo succedunt *Bacca* plano-rotundæ, tricocæ, virides primum, dein subfusci coloris: intus continentur tria Semina oblonga, spadicea, saporis acris urentisque, membranaceis quibusdam pelliculis à se invicem sejuncta.

Nascitur in toto Regno Malabarico, locis viz. sylvestribus; semper viret, maturos fert fructus Augusto & Septembri mensibus.

Cæterum ex radice & viridibus fructibus in oleo frixis linimentum paratur contra dolores arthriticos. Ex foliis in aqua coctis Balneum conficitur ad cachexiam, anasarcam, pedum tumores œdematosos, simileſque affectus ex abundante ferro natos, tollendos.



Prunxaneli
 ॐ कथन मन्त्र
 پرُوجیا علی



BRUXANELI.

Tab. 42.



Ruxaneli Malabarenfibus, *Sarpalo* Brachmanis, *Arinbo* Lusitanis, *Drielingh* Belgis, Arbor est procera, circiter mali magnitudine, multisque viridibus ramulis in orbem diffusis donata; Lignum albicans, molle, cortice cinctum subcinereo, adstringente, graveolente.

Radix fibrata, rufa, furvo cortice cincta, subfalsa, unctuosa, graveolens.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, supernè atro-viridia, infernè subviridia; Nervis aliquot è mediâ costâ in latera excurrentibus: odor gravis.

Flores exigui, purpurei, suaveolentes, spicatim extremis ramulis proveniunt, calycique exiguo, rotundo, viridi-purpureo arctè inhærent, quatuor acuminatis, expansisque foliolis constantes, totidem staminulis tenuibus, purpureis apicibus ornatis, medium occupantibus; inter quæ stilus prodit crassior, oblongior.

Flosculis succedunt *Baccæ* bicoccae, nonnunquam tricoecæ, exiguo nigricante umbilico in vertice coronatæ, virides, inodoræ, subfalsæ, cartilaginosa & quasi corneo cortice cinctæ; qui tenui viridique pelliculâ obductus est, intusque continet bina, ternave Semina dura, cinereo-albicantia, dissepimentis ab invicem sejuncta.

Provenit locis montanis & sylvestribus Regni Malabari, præsertim in Paracaroo & Mangatti; Floret Julio & Augusto mensibus, Novembri autem & Decembri maturos fert fructus, diuque superstes manet.

Cæterum ex arboris hujus foliorum succo cum recentibus butyro mixto linimentum paratur, quod in carbuncu-

lorum cura usurpare solent. Decoctione corticis ipsius arboris diuretica habetur.

Ex radicis cortice cum zinzibere & curcuma in ebutyrato lacte cocto latamentum conficitur, quod ad arthriticos dolores tollendos summopere commendatur.





Perin Nirouri. Ma Nirouri Lat.
 പെരിൻ നീറൂരി. *Panapoja Mal.*
 एनपेरी. *Brah.*
 نیروری. *Arab.*

P E R I N N I R O U R I,

seu

M A N I R O U R I.

Tab. 43.



Rbor quæ Malabarenſibus *Perin Nirouri*, *Ma Nirouri*, & *Mapana-poja*, Brachmanis *Poja*, Luſitanis *Fruita da Trinitade*, Belgis *Maagdelynen* nuncupatur, mediæ eſt magnitudinis, quatuordecim circiter pedes alta, caudice mediocriter craſſo, albicante, duro, cortice obduçto glabro, furvo, multiſque viridibus ramulis, in orbem longè latèque diffuſis, ornato.

Radix ruſa, adſtringens, odoris ingrati ac ſylveſtris.

Folia exigua, oblongo-rotunda, craſſa, mollia, numeroſa circa furculos proveniunt, ſupernè atro-viridia, infernè viridia & ſplendentia, Nervulis aliquot è media coſtula in latera excurrentibus.

Flores exigui, ſubvirides, exiguis brevibuſque petiolis ad foliorum exortum hinc inde circa ramulos proveniunt, ſex rotundis folioliſ constantes, numeroſis intus tenuibus ſtaminulis; in quorum medio rotundus prodit globulus, qui ſenſim incrementum ſumens, ac auçtus in *Fruçtum* excreſcit, marceſcente interim flore; adeo ut flos emarcidus fruçtui pro calyce inferviat. Sunt autem *Fruçtus* hi rotundi, tribus angulis ſulcati, & lato cavoque umbilico in vertice coronati, purpuraſcentes, tenui pelliculâ cincti, carneque intus denſâ, albicante, ſubdulci referri, intra quam Nucula continetur fragilis, aurei coloris, ſex includens Semina oblonga, triquetra, triplici ordine locata, ac membranaceis quibuſdam pelliculis, ceu

parietibus integerrimis sejuncta, ita ut bina in singulis latitent cellulis.

Nascitur in variis Regni Malabarici locis, præsertim circa Cranganoor; quotannis floret & fructus fert, diuque superstes manet.

Cæterum ex arboris foliis, fructibus & radicibus in aqua cum pipere longo & cumini Semine coctis potus conficitur, qui in asthmate, tussi, pthisi, similibusque pulmonis affectibus valdè commendatur. Folia cum cortice in oryzæ infuso cocta, & in cataplasmatibus formam redacta, ac tumoribus imposita, potenter eos maturare fertur. Ex arboris cortice cum lacte, melle, & butyro cocto Balsamus paratur, quem intus sumptum, & foris illitum pleuritidem sanare dicunt.

Est & altera hujus arboris species, huic persimilis, eaque describitur & delineatur in parte 2^{da} Tab. 27. nomine *Nirouri* seu *Niruri*.



Katou-Niroiri

काठु निरोरी

Pana-Poi

पानपोरी

پان پوری



T S J E R I A N I R O U R I .

E T

K A T O U N I R O U R I .

Tab. 44.



Sjeria Nirouri tertia *Nirouri* species est, ac *Manirouri* per similis; quamobrem nova figura adjuncta non est. Crescit abundè circa Cochin.

Quarta autem *Nirouri* species arbuscula humilis est, quæ Malabarensis *Katou Nirouri*, Brachmanis *Panepojoe*, Lusitanis *Folhas de dentes*, Belgis *wild Maagdelyn* appellatur; Estque secundæ speciei part. 2. Tab. 27. descriptæ, nomine *Niruri*, valdè similis.

Flores exigui, rubescentes, tenuibus, viridibusque petiolis ad foliorum exortum, & extremis furculis proveniunt, sex oblongo-rotundis ac expansis foliolis constantes. Quibus succedunt *Fructus* haud secus ac Tab. præced. de *Ma Nirouri* exposuimus. Sunt ii *Bacca* plano-rotundæ, tricocæ plurimum, rubro-cæruleæ primum, dein cæruleo-nigricantes, femina sex femilunata intus continentes.

Provenit locis humidis ac arenosis circa Cochin; semper viret, floret, fruetque.

Cæterum ex arboris foliis in aqua communi coctis oris collutio conficitur, ad erosas gingivas sanandas, dentesque vacillantes roborandos. Ex foliis cum fructibus, cortice, & radice coctis Balnæum fit antearthriticum. Ex radicis cortice cum pipere longo, & zinzibere cocto potus paratur, qui ad ventriculum roborandum, pituitososque humores incidendos & attenuandos summè utilis perhibetur.



Gametti
 कण्डू
 'Uro'
 ५२०

قَطَطِي

C A M M E T T I.

Tab. 45.



Ammetti Malabarenfibus, *Ouro* Brachmanis, *Guard' olhos* Lusitanis, *Tygers melckboom* Belgis, Arbor est vastæ magnitudinis, quadraginta plusquam pedes alta, caudice crasso, multifque ramulis cinereis in orbem diffusis ornato; Lignum albicans, matrice rufescente, ac cortice obductum cinereo, qui vulneratus acrem lacteum succum fundit.

Radix fibrata, rufa, flavescente cortice cincta, qui incisus itidem acrem lacteum succum stillat.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, supernè atro-viridia, infernè subviridia, intus acri lacte turgentia; Nervis aliquot è media costa viridi-albicante in latera obliquè excurrentibus.

Flosculi suaveolentes, viridi-albicantes, in spicas dispositi extremis furculis proveniunt; Sunt ii gemmulæ exiguæ, lacteo succo turgentes, medium occupantibus staminulis tribus surrectis, apicibus ornatis.

Flosculis pari modo succedunt *Baccæ* tricoccae, virides, umbilico in vertice coronatæ exiguo, tripartito, atro-viridi, acerrimo lacteo succo turgentes, intusque continentes semina terna, dura, albicantia, rotunda.

Nascitur in variis Regni Malabarici locis uliginosis, præsertim circa Cochin in Raypyn & Paloerty; plerumque floret, fruetque.

Cæterum ex arboris foliis in aqua coctis Balnæum conficitur antearthriticum. Eodem decocto si ulcera antiqua & verminosa laventur, vermes necantur, ac ulcera po-

tenter mundantur. Ex lacteo arboris succo & pulvere Carcapulæ pilulæ fiunt, quæ in hydrope miris laudibus extolluntur.

Tab. 45.

Arbor hæc meritó *Tubymalus arborefcens* dici potest, ejusque mentionem nullus unquam fecit Botanicus.





Pai-Piroea
ව ව ව ව ව ව
Pai-Piroea
පරපප ප. *Couradi*
پای پائو حاء

P A I - P A R O E A,

seu

C O U R A D I.

Tab. 46.



P *Ai-paroea* seu *Couradi* Malabarenfibus, *Bendarli* Brachmanis, *Garfilha* Lufitanis, *Nier-pluy-men* Belgis, Arbuscula humilis est, seu potius Frutex sex circiter pedes altus, caudice mediocriter crasso, cortice vestito spaldiceo, ramulisque ejusdem coloris ac lanuginosis in orbem diffusis ornato.

Radix fibrata, rubescens, nigricante cortice cincta, acris, aromatica.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, in ambitu crenata, spinulisque exiguis hic inde obsita, crassa, aspera, atroviridia, supernè splendentia, infernè nequaquam, Nervis aliquot è mediâ costâ in latera excurrentibus; sapor amarus, aromaticus.

Flores inodori, plures simul juncti petiolo longo in furculis proveniunt, quinque oblongo-teretibus, acuminatis, intus albicantibus, extus viridibus ac subasperis, & exteriora versus reflexis foliis constantes; staminibus aliquot albicantibus, flavescentibus apicibus ornatis, medium occupantibus: inter quæ stilius prodit viridis, surrectus, capitulo plano.

Floribus succedunt *Baccæ* plano-rotundæ, virides primum, dein flavescentes ac crocæ longisque albicantibus pilis obsitæ: intus continentur officula quatuor dura, albicantia, Nucleos includentia candidos amaros.

Provenit variis Regni Malabarici locis, præsertim circa Porca, Cochin, & Calicolan; semper viret, quotannis mensæ Julio floret, Novembri autem maturos fert fructus.

Cæterum ex arboris foliis, radicibus, fructibusque in aqua coctis Apozema conficitur, quod in arthritide perquam utile perhibetur.

Tab. 46.

Prima peróæ species in parte prima descripta est nomine *Tinda-parne*.





Katapa

क३ ३०२.६

Kari

रवावे

فخاط آبهل

K A T A P A.

Tab. 47.



Rbor quæ Malabarenfibus *Katapa*, Brachmanis *Kari*, Lufitanis *Arvore fantenella*, Belgis *waackhout* nuncupatur, humilis est, tredecim circiter pedes alta, haud ita crasso caudice, multisque rotundis, viridibusque ramulis donato; Lignum albicans, densum, rufescente cortice cinctum, nec non molliore intus matrice refertum.

Radix albicans, furvo cortice tecta, amara, graveolens.

Folia subrotunda ferè, acuminata, in ambitu leviter crenata, mollia, levia, supernè atro viridia & splendentia, infernè subviridia; *Nervis* aliquot è media costa rotunda & albicante obliquè in latera excurrentibus: odor nullus, sapor amarus.

Flosculi ad foliorum alas bini ternive simul juncti proveniunt, inodori, amari, pentaphylli, stelliformes, virides, disco medio diversi à petalis coloris, flavescente viz. staminulis quinque viridibus, flavescentibus apicibus ornatis, ac inter petala expansis, umbilicum occupantibus; inter quæ stilius prodit viridis, brevis.

Flosculis parimodo succedunt *Bacca* rotundæ, tricocæ, umbilico trifido in vertice coronatæ, calycique exiguo arctè inhærentes, subvirides, albicante cartilagineoque cortice cinctæ, qui tenui pelliculâ insuper obductus est; intus continentur femina tria, triquetra, albicantia primum, at per maturitatem nigra, amara, membraneis pelliculis ab invicem sejuncta, ita ut singula in singulis latitent loculamentis.

Crescit variis Regni Malabarici locis, præsertim in agris

oryzæ culturæ dicatis, quos immunes servare fertur ab infectis cujuscunque generis, tenerioribus plantulis summo perè noxiis: semper viret, quotannis floret, fruguetque.

Ex arboris radice decoctio conficitur, quæ Maniacis medendis summè utilis perhibetur.





Tsjócati
عقارب
جيا قهطري



T S J O C A T T I.

Tab. 48.



Arbor hæc Malabarenfibus *Tsjocatti*, Brachmanis *Valermani*, Lusitanis *Foula Paolista*, Belgis *Sotte bollen* appellatur, Estque humilis, duodecim circiter pedes alta, caudice tenui, multisque ramulis lignosis donato; Lignum albicans, rufescente cortice cinctum, matrice viridescente, molliore.

Radix albicans, amara, aromatica.

Folia oblongo-teretia, acuminata, in ambitu leviter crenata, crassa, densa, glabra, splendentia, supernè atro-viridia, infernè subviridia; costa media crassa, è qua plures exigui nervuli ordinatim ad prominentes dentatasque oras exeunt: sapor amarus.

Flores flavescentes, inodori, umbellatim extremis furculis proveniunt, calicique rubro-flavescenti, in quinque lacinias oblongo-rotundas secto inhærent, quinque oblongo-teretibus ac stellæ in modum expansis foliolis constantes, luteis aliquot staminulis surrectis acuminatisque medium occupantibus; inter quæ capitulum prodit planum, albicans, quinquepartitum, è cujus vertice stilius exit tenuis, albicans, longus, ac supra staminula eminens.

Floribus deciduis succedunt *Baccæ* tetracocæ, aliquando pentacocæ, subvirides primum, at per maturitatem rubentes ac nitentes, calicique atro-rubenti inhærent; sapor acido-amarus. Intus continentur semina quaterna plurimum, albicantia, renalis figuræ, saporis amaro-dulcis.

Provenit variis Regni Malabarici locis, præsertim in Candenate; semper viret, floret, fruetque.

Cæterum ex arboris foliis cum sero lactis decoctio conficitur, quæ in Cardialgia valde commendatur. Exiisdem

foliis cum floribus & fructibus in aqua communi coctis oris collutio fit ad erosas gingivas sanandas, dentesque vacillantes firmandos. Ex radice cum cumini semine in lacte cocta potus conficitur, qui potenter vomitum sedat. Eadem radix tanquam amuletum ventri appensa colicos dolores mitigare perhibetur.





Nir-Notsjil
D'ogjod
Cirila-Mari
वृत्तवृत्त
سیر نوجر

N I I R - N O T S J I I L.

Tab. 49.



Iir-Notsjiil Malabarenfibus, *Negunda* & *Cirita* *Mari* Brachmanis, *Nochil* Lusitanis, *Water* *Kwys-boom* Belgis, *Arbuscula* humilis est, seu potius *Frutex* sex circiter pedes altus, caudice tenui, albicante, cortice cincto cinereo, intus viridi, furculisque rubro-purpureis ac nitentibus pluribus donato.

Radix lignosa, fibrata, albicans, flavescente cortice tecta, graveolens, amara.

Folia sine ordine ramulis inhærent, oblongo-rotunda, crassa, glabra, lenia; Nervis aliquot è media costa albicante in latera excurrentibus: sapor acris, odor gravis.

Flores petiolis longis, tenuibus, rubro-purpureis, in ramulos & extremis furculis proveniunt, candidi, pentapetalides, perianthio excepti quinquepartito, viridipurpureo; staminulis quinque tenuibus, longis, purpurâ-splendentibus, croceis falcatis apicibus ornatis, medium occupantibus: inter quæ stilius prodit tenuis, longus, purpurascens.

Floribus succedunt *Baccæ* oblongo-rotundæ, tetracocæ, virides primum, dein purpurascens ac nitentes, calycique profundo arcuè inhærent, carne intus succulentâ ac subamarâ refertæ; intra quam *Semina* continentur quaterna, oblonga, triquetra; dura, Nucleis albis, amaris.

Nascitur locis aquosis & in fluminum ripis circa Cochinchina, Porca, & Paroe; semper viret, floret, fruetque.

Cæterum arboris folia siccata, in pulverem redacta, ac exhibita quotidie cum saccharo & oryzæ infuso litem Veneream sanare fertur. Ex eisdem foliis coctis & pistatis cum ovi vitello cataplasma paratur, quod bubonibus in-

guinum veneris impositum potenter iis prodesse statuunt. Ex foliis & radicibus in aqua coctis Balnæum fit, quod phrenitidi, Maniæ, aliisque cephalicis affectibus perquam utile censetur. Ex radice in oleo cocta linimentum conficitur antiarthriticum.

Tab. 49.

Nir-Notsyl species videtur *Negundo* seu *Cara-Nosi* in parte 2^a descriptæ.





Tsjerou-Kanneli
கேள் கருமலி
कणली
چھرو و خاٹلری



TSJEROU KANNELI.

Tab. 50.



Rbufcula quæ Malabarenfibus *Tsjerou Kanneli*, Brachmanis *Bedoufi*, Lufitanis *Fruita Cauri do mato*, Belgis *wilde dwerg-appelen* nuncupatur, altera *Bellutta Kanneli* præced. Tab. 20. deſcriptæ ſpecies eſt, eique haud multum abſimilis; præterquam quod humilior ſit, octo circiter pedes alta, caudice haud ita craſſo, ramuliſque & furculis tenerioribus in orbem diffuſis donato.

Radix rubefcens, amara, aromatica.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, craſſa, denſa, glabra, ſplendentia, Nervis aliquot ex media coſta albicante in latera excurrentibus; odor & ſapor aromaticus.

Floſculi in furculis multi ſimul juncti proveniunt, inodori, albicantes, hexaphylli, numeroſis fibris candidis, ſubflaveſcentibus apicibus ornatis, medium occupantibus; inter quos ſtilus prodit albicans, ſurrectus.

Floſculis ſuccedunt *Bacca* tricoccx, virides primum, dein albicantes, tenui pelliculâ cinctæ, intuſque carne molli, acido-amarâ ac aromaticâ refertæ; intra quam tria continentur Semina dura, rotunda.

Creſcit variis Regni Malabaraci locis, præfertim in Baypyn, Aroe, & Bardette; ſemper viret, floret, frugetque.

Amel-Podi
అమలపొది
అమలపొది



A M E L P O D I.

Tab. 51.



Melpodi Malabarenfibus, *Amelpo* Brachmanis, *Raiz da Cobra* Lusitanis, *Slange-wortel* Belgis, Arbor est justæ magnitudinis, caudice albicante, cinereo cortice obducto, ramulisque viridibus & geniculatis pluribus donato.

Radix fibrata, flavescens, inodora, amara.

Folia geminata ordine decussato petiolis rufis circa ramulos proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, mollia, glabra, supernè splendentia, infernè nequaquam, Nervulis aliquot e media costa in latera excurrentibus, ad quorum exortum noduli exigui, virides, in adversa folii parte conspiciuntur; odor acidus, sapor sylvestris.

Flores exigui, candidi, extremis furculis numerosi proveniunt, porrectisque columellis umbellæ specie panduntur, quatuor acuminatis foliolis constantes, inodori, sapore subamaro.

Crescit locis petrosis ac montanis circa Kandenate: semper viret, Junio, Julio, Augusto mensibus floret; Fructus vero nullos fert affirmantibus indigenis.

Radix vero hujus arboris secum gestata Antidotum habetur serpentibus venenatis, atque ideo magni vulgo æstimatur.

Tab. 51.

Hæc arbor cum cæteris *Amelpodi* speciebus nullam planè habet similitudinem, uti ad præced. Tab. 33. indicavimus.

Pua-Tsjetti
ਮੁਗੁਗੁਗੁ
بُوعِ جَهَطِي



P O E A T S J E T T I.

Tab. 52.



P *Oeatsjetti* Malabarenfibus, *Gara* Brachmanis, *Fruitta-Baretto* Lusitanis, *Paape-kappen* Belgis, Arbuscula humilis est, decem circiter pedes alta, caudice haud ita crasso, albicante, cortice obducto rubicundo, ramulifque viridibus, fungosâ intus medullâ refertis, pluribus donato.

Radix fibrata, albicans, rufo cortice tecta, amara, odoris sylvestris.

Folia sine ordine circa ramulos proveniunt, oblongo-teretia, in ambitu leviter crenata, glabra, densa, fragilia, splendentia, inodora, amara, Nervis aliquot exiguis, & penè invisibilibus e media costa in latera excurrentibus.

Flores petiolis oblongis circa plumosas virgulas proveniunt, inodori, quinque luteis, acuminatis, & stellæ in modum expansis foliolis constantes, quibus totidem alternatim posita calyculi foliola viridia subjiciuntur, novem apicibus luteis umbilicum curvofum viridantem cum stylo candido quinquangulo occupantibus.

Singulis flosculis singuli succedunt *Fructus*, seu singulæ filiquæ quinquangulæ rubentes totidem distinctis loculis *semina* parva solida continent, cuticulâ rufâ intecta, medulla alba, figura ex rotundo oblonga, sapore nauseabundo.

Provenit locis montanis & petrosis circa Kandenate; semper viret, quotannis bis floret, fruetque, Martio viz. & Septembri mensibus, at diu superstes non est.


Cæterum folia contusa, in pulverem redacta, & ulceribus inspersa luxuriantem ac fungosam carnem tollit. Ea-

dem assumpta sudores movendo febris intermittens paroxysmum minuit. Ex cortice & radice pulverifatis, ac cum oleo mixtis unguentum conficitur ad scabiem, similesque cutaneos affectus.

Tab. 52.

Arbor hæc ex floribus & Baccis, *Euonymi* genus videtur: Folia quoque magnam habent similitudinem cum foliis *Euonymi primæ Clusii*.





Katou - Karua

ക 8 2

Tiki

तेस्वी

فخاروغ

K A T O U - K A R U A .

Tab. 53.



Uæ in Regno Malabarico crescunt *Canella* species, quarum altera delineatur & describitur in parte prima Tab. 57. nomine *Karua*; quæ licet Zeilonensi inferior sit, & ab ea in multis differat, pro sylvestri tamen haberi non potest. Altera autem species, quæ Malabarensis *Katou-Karua*, Brachmanis *Davo Bahena* & *Tiqui*, Lusitanis *Canella do Mato*, Belgis *wilde Caneel* appellatur, verè sylvestris est: Nihilominus tamen priori haud absimilis cum odore, tum sapore, nisi quod arbor hæc major sit ac altior. *Folia* itidem prægrandia, oblongo-rotunda, longitudine duas spithamas, latitudine duos palmos circiter æquantia; à pediculo ad apicem folii tres Nervi crassiores transeunt, è quibus tranversè multæ venulæ excurrunt.

Flosculi in umbellas expansi extremis ramulis proveniunt, inodori, viridi-albicantes, pentapetalides, quinque viridibus brevibusque staminulis, viridi-flavis apiculis; ornatis, medium occupantibus.

Flosculis succedunt *Bacca* exiguæ, ribium nostratum instar.

Provenit locis montanis in Teckencour, Berkencour, aliisque vicinis Provinciis; semper viret, Julio & Augusto mensibus floret, Decembri autem & Januario maturos fert fructus, diuque superstes manet.

Cæterum ex arboris foliis in aqua coctis Balneum fit contra quoscunque articulorum dolores. Ex radice cortice cum cardamomo & nucemoschata in aqua cocta po-

tus conficitur, qui ad ventris tormina sedanda valdè laudatur.

Tab. 53.

Arbor hæc *prima canellæ sylvestris species* est. Altera species describitur in parte prima *Karuæ* nomine, ubi C. L. doctissima D. Seyen p. m. commentaria inspicere potest. Videntur autem duæ hæ species differre potissimum foli natalis ratione, uti hoc in cinamomo zeilano, & aliis in plantis non rarè observatur. Cortex hujus *Katou - Karuæ* crassior est, & minus odorosus, quam cinamomum zeilanicum; atque apud aromatarios ubique innotescit ac venditur nomine *Canellæ dō matō*. Cortex autem *Karuæ* in parte primâ descriptæ Pharmacopæis nomine *Cassie lignæ*: Folia sub nomine etiam, nonne sint *Malabacrum* seu *Tamalapatrum* Dioscoridis & Plinii? quæ hætenus non innotuere.





Amveti Lat.
 ആ.വെളി Mal.
 दाऊद Brab.
 عَمْبِيَطِي Arab.

o. 4. 4.

A M V E T T I,

feu

V E T T I - T A L I.

Tab. 54.



Mvetti feu *Vetti-tali* Malabarenfibus, *Ana da-laqi* Brachmanis, *Querilhas macho* Lusitanis, *Harzhaer manneken* Belgis, *Kari-vetti* & *Pevetti* Tab. 54. & 55. partis quartæ descript. species est, atque arbor humilior, tredecim circiter pedes alta, caudice mediocriter crasso, cortice cincto cinereo, intus rubefcente; ramulique viridibus pluribus donato.

Radix fibrata, rufescens, odoris & saporis sylvestris ac amari.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, crassa, densa, glabra, atro-viridia supernè & splendentia, infernè subviridia, Nervis aliquot è media costa in latera excurrentibus; sapor sylvestris, amarus.

Flosculi inodori, viridi-flavescentes, ad foliorum alas circa furculos spicatim proveniunt: constant ii unico foliolo, sed in quatuor profundas lacinias diviso, sic ut plura videantur, staminulis albicantibus, flavescentibus apicibus ornatis, medium occupantibus.

Flosculis emarcescentibus semina perquam exigua, rufa, inodora, insipida, vasculis ficcis per maturitatem inclusa, succedunt.

Nascitur locis maritimis circa Cochin; Zeylon, & Calicolan; semper viret, quotannis floret, & Semina perficit.

Cæterum ex arboris radice in aqua cocta Apozema conficitur, quod assumptum, alvum laxat, nec non he-

Pars V.

H h h

patis,

patis, lienisque obstructions potenter aperit. Foliis Tengam arborem fricant Indi, ubi rami sunt abscissi, ut hoc modo potum *Zuri* dictum elicere queant; de quo potus genere in parte primâ latius actum est.

Tab. 54.

Arbor hæc cum aliis *Amvetti* speciebus vix ullam habet similitudinem. Illæ quippe arbores bacciferæ sunt; hæc autem lanigera.



Mala Elengi.
മല എലങ്ങി
مَالَعِ حَلَعِنَجِي



MALA-ELengi.

Tab. 55.



Ala-Elengi Malabarensibus, *Getri-madi* Brachmanis, *Alona* Lusitanis, *Leverhout* Belgis, Arbor est justæ magnitudinis, viginti circiter pedes alta, caudice crasso, flavescente, cinereo cortice cincto, ramulisque viridibus pluribus donato.

Radix albo-flavescens, amara, inodora.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, crassa, glabra, lævia, supernè atro-viridia, infernè viridia, inodora; Nervis aliquot è media costa albicante, & in adversa parte extuberante, in latera excurrentibus.

Flores inodori, albicantes, oblongis, tenuibusque petiolis circa ramulos proveniunt, è quinque floribus fistularibus compositi; singulis florem totalem componentibus flosculis suis privatis calicibus donatis, staminibus binis viridibus medium occupantibus; inter quæ capitulum prodit viridi-albicans, è cujus summo stilius emicat crassior, brevis.

Flosculis deciditibus succedunt *Fructus* oblongo-rotundi, viridi-flavescentes, cum cuspide nigro in vertice, crasso ac amaricante cortice cincti; intra quam Nucleus continetur albicans, subamarus.

Crescit variis Regni Malabarici locis, præsertim in Baypyn, Warapoli, & Angiecaimaal; semper viret, quotannis floret, fruetque.

Ex arboris foliis cum pipere & calamo aromatico in sesami oleo excoctis linimentum paratur, quod in vertigine, Epilepsia, similibusque cephalicis affectibus valdè laudatur capiti inunctum. Ex cortice cum thure & auri-

pigmento unguentum conficitur, quod hepatis regioni inunctum affectibus ejus potenter mederi fertur. Fructuum Nuclei cum pipere nodulo inclusi è collo gestantur pro amuleto ad arcendam epilepsiam.

Tab. 55.

Mala-Elengi genus est *Elengi* in parte prima Tab. 20. descriptæ; quapropter B. L. commentaria ibidem videre potest.



Tsjerou-Poëam

ନିମ୍ବିତ୍ତ

جفرو پونغ



TSJEROU POEAM.

Tab. 56.



Sjerou Poëam Malabarenfibus, *Patarola* Brachmanis, *Nilha* Lusitanis, *Quelbessen* Belgis, *Arbuscula* humilis est, caudice tenui, albicante, cortice cincto nigricante, intus viridi, multisque geniculatis ramulis donato.

Radix flavescens, rufo cortice tecta, odoris ac saporis sylvestris, & ingrati.

Folia oblongo-rotunda, acuminata, in ambitu leviter crenata, lenia, supernè atro-viridia & splendentia, infernè subviridia ac lanuginosa; Nervis aliquot è media costa albicante, & in adverfa parte extuberante in latera excurrentibus: odor & sapor sylvestris, ac ingratus.

Flores inodori, viridi-albicantes, racematim ad foliorum alas in furculis proveniunt, calycique viridi tripartito inhærent, tripetali; è tribus viz. oblongo-rotundis, acuminatis, expansisque foliolis constantes, medium occupante globulo viridi; è quo exurgit stilius tenuis, oblongus, viridi-flavescens, capitulo rotundo.

Floribus pari modo succedunt *Bacca* oblongo-rotundæ, tricocæ, virides, calycibus exceptæ, tria intus continentia Semina viridi-albicantia, amara, membranaceis pelliculis sejuncta, ita ut singula in singulis latitent loculamentis.

Provenit variis Regni Malabarici locis, præsertim circa Repolyn, semper viret, floret, fruetque.

Cæterum ex arboris floribus, fructibus, & cortice in oleo coctis linimentum paratur, quod capiti inunctum cephalalgiam sanare fertur. Folia recentia contusa, & parti erysipelate laboranti imposita id tollere dicunt.

Bem-Moenja

ବିଲୁ ଶୁକ୍ଳ

Naravolo

नरवल्ल

وہم موئجا



B E N - M O E N J A.

Tab. 57.



Rbor quæ Malabarenfibus *Ben - Moenja*, Brachmanis *Naravolo*, Lufitanis *Pao da verge*, Belgis *Draack wortel* nuncupatur, procera est, triginta circiter pedes alta, caudice mediocriter crasso, furvo cortice cincto, ramulisque rufis lignosis ac geniculatis pluribus donato.

Radix albicans, amara, aromatica.

Folia geminata in furculis proveniunt, oblongo-rotunda, acuminata, tenuia, lenia, glabra, supernè viridia, infernè subviridia, nervis aliquot è media costa in latera excurrentibus; odor gratus, hortensis.

Flores nec *Fructus* fert, quod innotescit saltem.

Provenit variis Regni Malabarici locis, præsertim circa Aroë & Poedegoyl; semper viret.

Cæterum ex arboris radice cum aqua decoctio fit alexipharmaca, quæ in febribus malignis valdè extollitur. Ex cortice cum calamo aromatico & sale in oryzæ infuso cocto potus conficitur, qui vomitum sanguineum è morfu serpentis excitatum protinus sanare fertur.



Biti
ബിടി
بتي



B I T I.

Tab. 58.



Iti Malabarenfibus, *Bitolo* Brachmanis, *Pao do Pilaõ* Lufitanis, *yferhout* Belgis, Arbor est procera, caudice crasso, multisque cinereis ramulis in orbem diffusis donato; Lignum atro-rubescens ac purpureo-striatum, densum, ponderosum, subacidi odoris, saporisque, cortice munitum cinereo. *Radix* itidem atro-purpurea.

Folia oblongo-rotunda, densa, glabra, supernè coloris subcinerei, infernè cinereo-viridia, nervis aliquot è mediâ costâ in latera excurrentibus; odor gratus.

Flores papilionacei, flavescentes, racemis oblongis numerosi proveniunt: Quibus *Siliquæ* succedunt. Plura de iis addere non licet, quia icon desideratur.

Crescit locis montanis in Calicolan, Atsjencoil, & alibi; semper viret, quotannis floret, & fructus fert, diuque superstes manet.

Porro arboris lignum, ob singularem ejus duritiem, operæ fabrili accommodissimum censetur, ex eoque varia fiunt domestica instrumenta.

Tab. 58.

De hisce lignis inspiciatur *Caspar Bauhinus pinac. lib. XI. Sect. VI.*





Asjogam Lat.
അ റ്റു ടു ല Mal.
Asjogam
अज्ञ का Brah.
اجباغام Arab

ASJOGAM.

Tab. 59.



Rbor hæc Malabarenfibus *Asjogam*, Brachmanis *Asjogam* & *Cassibori*, Lusitanis *Fula do diabo*, Belgis *Tover bloemen* nuncupatur; Estque mediæ magnitudinis, quindecim circiter pedes alta, caudice mediocriter crasso, albicante, fusco - nigricante cortice cincto, ramulisque paucis in orbem diffusis donato.

Radix albicans, nigricante cortice tecta, inodora, profundè terræ inhærens, fibrisque suis latè per eam diffusa.

Folia ex adverso bina circa furculos proveniunt, oblongo-teretia, crassa, spithamam circiter longa, Nervis aliquot è mediâ costâ viridi-albicante in latera excurrentibus; odor & sapor sylvestris, ac ingratus.

Flores odori, flavescentes, in fascias collecti numerosi circa ramulos proveniunt; conflantur ii è tubo oblongo in quatuor segmenta subrotunda expanso, octo tenuibus rubro-splendentibus ac longis staminibus, atro-purpureis apicibus ornatis, medium occupantibus; inter quæ stilius prodit viridi-albicans, crassus, surrectus, acuminè tereti.

Quales fert *Fructus* nondum compertum est.

Provenit variis Regni Malabarici locis circa Ethnicorum templa, qui istiusmodi arbores studiosè ibi colere solent, earundemque foliis & floribus uti in ceremoniis suis ad templa ornanda; semper viret, quotannis floret, Decembri viz. & Januario mensibus, diuque superstes manet.

Cæterum ex arboris foliis contusis succus exprimitur, qui cum feminis cumini pulvere exhibitus colicam passionem sanare fertur. Foliorum pulvis cum fantalo citrino, ac saccharo assumptus sanguinem reficere ac purgare dicunt.

Melocanna Phœa
Ruf.

Plata 5. Tab. 60.

Bee'sha
or
Zwo
शुद्धि ४१



B E E S H A.

Tab. 60.



Eësha Malabarenfibus, *Zivo* Brachmanis, *Bambu d'escriver* Lusitanis, *Pyl riet* Belgis, *Arbuscula* humilis est, seu potius *Frutex* arborefcens, sedecim circiter pedes altus, ramulisque teretibus, glabris, nodosis, medullâ farctis, donatus. Altera species est *Bambu* in parte prima descriptæ, nomine *Ilii*.

Folia arundinacea, *Ilii* foliis perquam similia, at glabra.

Ad ramulorum nodos interim *spicae* proveniunt coniformes, acuminatæ, quibus insident *Flosculi* albicantes, staminei, medium occupante globulo oblongo, è quo stilius erit viridiusculus.

Flosculis succedunt *Fructus* oblongo-plano-rotundi, acuminati, carne intus densâ, albicante, insipidâ referti.

Provenit variis Regni Malabarici locis sylvestribus, præsertim in Betsjour, Corremaloer, & Teckenkour.

Cæterum ex hoc frutice indigenæ sagittas conficiunt, & corbes. Ex ramulis arundinaceis calami fiunt scriptorii. *Folia* si in aqua coquantur, eaque decoctio exhibeatur menstrua obstructa provocat: eodem decocto si os coluatur erosas gingivas sanat, & odontalgiam tollit.

N O L A - I L Y.

E St insuper tertia *Bambu* seu *Ily* species, quæ Malabarenfibus *Nola-ily*, Brachmanis, *Vasinola*, Lusitanis *Bambu Gorri*, Belgis *Pyp-riet* nuncupatur, Primæ & secundæ speciei persimilis, præterquam quod internodia tenuiora sint, & longiora.

Crescit in Calicolan, & Tekencour.

Pars V.

O o o

Hæ

Hæ autem arundines pro mercatura transmittuntur in Persiam, Arabiam, aliasque vicinas regiones, ubi fistulæ ex iis parantur quibus tabacum fumifunctione fumitur.

Tab. 60.

De arundine scriptoria consule *Lobelium*, & *Casp. Bahinum pinac. lib. 1. sect. 3.*



I N D E X.

	Pag.		
A.		Molago-Maram	49
A Cara-patsjotti	15	Mouli-ila	67
Amelpodi	101	N.	
Amvetti, seu vetti-tali	107	N Jara	53
Asjogam	117	Niir-Notsjiil	97
B.		Nola - Ily	119
B Afaal	23	P.	
Beénel	7	P Ai-Paroea, seu Couradi	91
Beésha	119	Parili	5
Bellutta-Kanneli	39	Patsjotti	9
Ben-Kara	69	Pavetta, seu Malleamothé	19
Ben-Moenja	113	Pee-ponnagam	47
Biti	115	Pee-Tsjerou-ponnagam	45
Bruxaneli	83	Perin-Njara	57
C.		Perin Nirouri, seu Manirouri	85
C Ammetti	89	Perin-Panel	29
Corinti Panel	27	Perin-patsjotti	11
Courou-Moelli	77	Poeatsjetti	103
K.		Ponnagam	41
K Aden-Kara	71	S.	
Kaka-Njara	55	S Ondari	79
Kaka-toddali	81	T.	
Kal-Vetadagou	61	T aliir Kara	75
Kaltsjerou-panel	33	Tsjeriam-Cottam	21
Kare-Kandel	25	Tsjeria Nirouri, seu Katou Nirouri	87
Karetta Amelpodi	65	Tsjerou Kanneli	99
Kasjavo Maram	37	Tsjerou Kara	73
Katapa	93	Tsjerou Panel	31
Katou Bellutta Amelpodi	66	Tsjerou Poëam	111
Katou-Karua	105	Tsjerou-Ponnagam	43
Katou-Mail-Elou	3	Tsjocatti	95
Katou-patsjotti	13	V.	
Katsjau-Panel	35	V Etadagou	59
M.		W.	
M Ail-Elou	1	W Atta-tali	63
Mail-ombi.	51		
Mala-Elengi	109		
Mala pcenna	17		

E R R A T A.

Pag. 4 lin. 7. pro Katou-Mail lege Katou-Mail-Elou. Pag. 15 lin. 4. Acara-Patsjottili, lege Acara-Patsjotti. Pag. 74. lin. ultima Rkamni lege Rhamni. Pag. 92. lin. ultima Peróeæ- lege Paroeæ. idem Tindæ - parnæ, lege Tindæ-paruæ.

HORTI
MALABARICI
PARS SEXTA,
DE VARIIS GENERIS
ARBORIBUS
ET
FRUTICIBUS SILIQUOSIS

Latinis, Malabaricis, Arabicis, Brachmanum characteribus nominibusque expressis,

Adjecta Florum, Fructuum, Seminumque nativæ magnitudinis vera delineatione,
colorum viriumque accurata descriptione,

A D O R N A T A

Per Nobilissimum ac Generosissimum D. D.

HENRICUM VAN RHEDE TOT DRAAKESTEIN,

Toparcham in Mydrecht, quondam Malabarici Regni Gubernatorem supremi Confessus apud
Indos Belgas Senatorem Extraordinarium, nunc vero Equestris Ordinis nomine Illustribus ac
Præpotentibus Provinciæ Ultrajectinæ Proceribus adscriptum,

E T

THEODORUM JANSON. AB ALMELOVEEN, M. D.

Notis adauxit, & Commentariis illustravit

J O A N N E S C O M M E L I N U S.



Mo. Bot. Garden,

1893

A M S T E L Æ D A M I.

Sumptibus Viduæ JOANNIS van SOMEREN, Hæredum JOANNIS van
DYCK, HENRICI & Viduæ THEODORI BOOM,

Anno cId Idc Lxxxvi.

ILLUSTRISSIMO ac NOBILISSIMO

V I R O

DN. WILHELMO DE NASSAU

LIBERO BARONI DE SULESTEIN, LEERSUM &c. PRÆPOTENTIBUS REIP. TRAJECTINÆ ORDINIBUS EQUESTRIS DIGNITATIS ADSCRIPTO, PRÆFECTO ALÆ, COMITI SALTUUM TRAJECTINI AGRI UT ET AGGERUM LECCÆ SUPERIORIS CURATORI.



Non miraberis tomum sextum Horti Malabarici Tibi à me offerri. Nam cum me dudum Tibi devinxisset & societas collegii Præpotentium Ordinum hujus Trajectinæ reipublicæ, & interior amicitia, quæ inter nos intercedit, hoc ejus monumentum publice consecrandum existimaui. Veræ enim & non fucatæ benevolentia certissimum argumentum duco, non modo præsentis amicos colere, sed & absentes longeque remotos omni studii & officii genere prosequi. Itaque licet nunc ad extremos Indos, ultra solis lunæque vias publicæ rei nomine sim ablegatus, volui tamen istud mei in Te propensissimi animi documentum, & quasi tesseram perpetui mei in Te amoris, Tibi tradi, & simul ad posteritatis memoriam prodi. Nec spero hoc donum Tibi ingratum futurum. Nam licet inter alia reipublicæ præclara munera saltuum publicorum cu-

D E D I C A T I O.

*ra Tibi sit commissa, hortos tamen, oblectamenta
virorum illustrium, Tu, qui ad omnem elegantiam
es factus, non potes non amare, & peregrinarum
ac in Europa nondum visarum arborum pulchritu-
dine oculos pascere. Vale, Vir Illustrissime, & per-
suasum habe, me Tui memoriam & amorem ubi-
que gentium & locorum circumferre, idque sem-
per, me, quandocunque dabitur facultas, testa-
tum facturum, me esse*

Nobilissimo & Illustrissimo
Nomini Tuo

deditissimum & obser-
vantissimum.

HENRICUS VAN RHEDE
TOT DRAAKESTEIN.

T H E O-

THEODORUS JANSONIUS

A B

ALMELOVEEN

LECTORI

BENIVOLO

S.



Uemadmodum majoris molis ædificia sæpissime, antequam absolvuntur, plures habent architectos, sic etiam libros, præsertim si pluribus constant partibus, varios suos subire videmus *ἐργοδιώκτας*. Exemplum satis evidens atque magnum præbet hortus hicce Malabaricus, qui quot hæctenus invenerit directores, ex cujusque voluminis colligere est præfatione, qua quidem nos lubenter supersedissemus, nisi mos, qui hodie obtinet, id exegisset, quem sequuturi paucis nostra complectemur. Nosti P. L. ex præfatione Viri Clarissimi D. *Joannis Munnicks* M. D. *Anatomes ac Botanices* in Academia Ultrajectina Professoris, Præceptoris quondam honorandi, ipsum ita obrui curis tam Academicis quam practicis, ut binis voluminibus per singulos annos absolvendis non sit; propterea typographos hujusce moræ pertæfos alium cui hoc mandarent negotium ex

Pars VI.

* *

volun.

A D L E C T O R E M.

voluntate & suafu ejusdem cl. Viri investigaffe. Quid multa? adeunt ad me, & obnixe vellem iis auxilio esse rogant, quod primum renuo, deinde tamen maximis idem poscentibus viris in me fufcipio, periculum quid in hisce valeam studiis hoc volumine facturus, in quo si quædam à prioribus multum deprehenderis abeuntia, rogo boni confulas, verbis enim loquendique formulis, non ex recentioribus modo, sed veteribus Rei Rusticæ scriptoribus, maxime autem Columella, quem à principibus doctrinæ viris, Menagio nempe & Grævio emendatum videre speramus & illustratum, Plinio, Appuleio aliisque ex auctoribus excerptis tunc præcipue sumus usi, ubi significantius quid foret exprimendum. De ipsa plantarum descriptione hoc addimus, quod indies fit evasura perfectior si quidem in horto Medicorum publico, qui benigna Nobilissimi Amplissimique Senatus urbis Amstelædamensis liberalitate ante biennium constitutus est, descriptiones quæ ex India sunt allatæ, una cum ipsis plantis, ad maximam saltem partem conferri queant, quod multum adjumenti ornamentique huic allaturum est operi. Et ut hoc laudabile institutum eo procedat melius, hujusce horti publici cura non modo viro celeberrimo *D. Joanni Commelino* senatori est demandata; verum ipse Amplissimus Nobilissimusque *D. Joannes Huyde-*

A D L E C T O R E M.

Huydecoper, Toparcha in *Maarsseveen* & *Neerdyk* &c. Eques, quintum hoc tempore consul, Vir ob innumeracum in communem Patriam & Rempublicam, tum civitatem Amstelædamensem merita summo honore celebrandus, qui ipsorum quoque Regum *Ussia*, *Juba*, *Alexandri Magni*, *Melampi*, *Alcinoi*, Imperatorum *Ælii Adriani*, *Theodosii*, exemplo ductus, lubentissime eam quoque curam pro incredibili in studium Botanicum amore in Se recepit, atque illam tam sagacem præstat, ut jure hæsites, utrum mirere prius, incredibilemne Viri summi diligentia contentionem, an in sparta illa ornanda multiplicem eruditionem. Sed audire mihi videor quosdam quæsituros quare & nos hoc anno promissis voluminibus non fecerimus satis; At illi hoc sibi responsum putent, ne intra anni quidem spatium hunc tomum ferre fuisse absolvendum, quandoquidem Nobilissimus *D. de Rhede* qui iter Indicum repetit triennale, nobis tria tantummodo reliquit volumina ab ipso recensita, cetera ad patrios reversus lares perfecturus. Si vero, quod avertat Deus T. O. M. in itinere Ei quid acciderit humanitus, vocis tamen fidem dante Deo exhibere enitemur.

I N
HORTI MALABARICI

Partem Sextam,

Auspiciis

VIRI ILLUSTRIS

D. HENRICI VAN RHEDE TOT DRAAKESTEIN, &c.

à V. Cl.

THEODORO JANSONIO AB ALMELOVEEN,

Doctore Medico celeberrimo,

publicatam.

P Endula jam sileat Babylon pomaria, cedat
Enna sinu florum versicolore parens.
Et Tempe taceant, celebres & Tiburis horti,
Et Corcyraei rura beata soli.

Nobilis hic RHEDI mansurum condidit Hortum

Dextra, cui Tempus nec Jovis arma nocent:

Quo, quod Memnoniis pia Tellus educat arvis,

Europa fato prosperiore patet.

Adjuvere tamen culturam, Hortumque rigarunt

Phæbo docta cohors officiosa suo:

Quos inter multa cum sedulitate notatur

ALMELOVENIADIS cura benigna mei.

At vos Auroræ populi, pro munere tanto,

Florea gratanti plectiteserta manu.

Victrices cingant, RHEDI, tua tempora palma,

Et grata Eoi Te colat unda maris;

Te vero celebrent radiosacubilia Phæbi

Insignem doctas, ALMELOVENE, comas.


Dum semper florens labor hic per secula virebit,

Dum Phæbus solitas itque reditque vias.

L. M. P.

HENR. CHR. HENNINIUS.

Tsjétti-Mandaru Lat.
വെള്ളമുള. Mal.
جَطْنُونٌ نَضَارِيٌّ Arab.



P A R S S E X T A
 H O R T I
 M A L A B A R I C I
 D E
 V A R I I G E N E R I S
 A R B O R I B U S & F R U T I C I B U S
 P R Æ C I P U E
 S I L I Q U O S I S.

T S E T T I - M A N D A R U M.

T A B. I.




Uam Malabarenfes *Tsetti-Mandarum*, Bra-
 gmanes *Tsiettia*, Lusitani *Foula de Pavan* ap-
 pellare confuevere, Belgæ *Paauwen staarten*
 nominant, arbor duos homines procera, li-
 gno præduro est, ramis in orbem di-
 fperfis, cortice albicante intus purpureo,
 qualis & radicem circumvoluit. *Rami* glabri, virides, cæ-
 ruleo consperfi rore, exalbidam habent medullam. *Folia*
 quæ *Coluteæ Scorpioidis* effigiem habent, oblonga, te-
 nuia, lenia, venosa, gustu subacria, furculis palmam
 longis, qui è cubitalibus enascuntur, bina opposita infi-
 stunt. E gemmis ab uno latere folio obtectis, *Flores* visui ob-
 variegatum abblandientes colorem, in racemorum cacu-
 mine petiolis elongis prodeunt decaphylli, quorum

externorum unum concavum & incurvatum, quatuor familia è longo rotunda sunt: interna vero expansa & latiora quatuor retrorsum detorquentur, existentibus illis internis croceis, externis flavis; quintum ejusdem coloris paullo magis erectum, suprema parte in se ipsum quodammodo veluti unguis, convolutum, procurvum prodit. Decem stamina coloris coccinei nitentis praelonga & tenuia, rubris apicibus donata, arcuatim incurvescunt, in gemmis sibi invicem instrata. Quod si diutius aperti maneant flores, circa oras ubi primum flavebant, rubescunt, quin imo universi rubore asperguntur. Odor ipsis melleus. *Siliqua* quæ nisi latiores forent *Tsiapangam* possent videri, è spadiceo nitentes, longitudine & latitudine digitales, nostratum similes, cuspidate in acumine donantur: virides cœruleo rore madidæ, siccæ duro, crasso, croceo, intus helveolo cortice obteguntur, fabas intersepimentis à se mutuo distinctas, cortice subtilissime striato continentes. Frequens hæc arbor est in *Repolin*, *Paroe* aliisque regionibus; in hortis atque cœmeteriis ethnicorum, qui ea utuntur, præcipue colitur. Cæterum crescit in eremis & fruticetis. Est *Tsiapangam* mox describenda sylvestris. Maio, Augusto floribus, Decembri & Januario maturis simul & crudis fructibus, semper virentibus frondibus exhilaratur. Foliorum una cum *Scedangu* foliis tinctura, quantum cucurbitula minuscule (*Tsiundenga* appellant) capit, epota, colicum tollit dolorem, præfertim si æger manibus in cœlum protensis erecto consistat corpore.

T A B. I.

Arborem hanc pluribus describit Jacobus Breynius *Cent. 1. Exotic. cap. xxii.* sub nomine *Fruticis Pavonii* sive *Cristæ Pavonis* quo loco duas minores recenset species, quarum altera *Chamæ Crista Pavonia Brasiliensis siliqua singulari*, altera *Chamæ Crista Pavonia siliqua multiplici* dicitur. Semen hujus *Tsetti-Mandarum* seu fruticis Pavoniæ

Acaciæ Indicæ Farnesianæ Aldini haud dissimile est, quapropter secundæ Acaciæ speciei annumerari potest. Anno *MDCLXXXIV.* in orto Amstelædamensi Medico varias harum arborum è semine prognatas vidimus species; reperiturque in variis Indiæ Occidentalis locis.



Tsjam Pangam Lat.

உஞ்சி மல. Mal.

Tsja Pangam

सपगा Bra.

جياپانجام Arab.

TSIAPANGAM.

TAB. II.



Rboris *Tsiapangam* Malabarenfibus ut & Brachmis, *Pao de Sapan* Lufitanis, *Rasphout*, *Sappanhout* Belgis dictæ, intra binorum hominum altitudinem proceritas, intra palmam crassities subsistit. Cortice est cinereo intus fulvo, ligno admodum duro, rubello, matura ætate ruffo; *Ramis* in latera pronis intro albicantibus, spinis intercurrentibus curtis & deflexis; *Radice* fibrosa ex albo rubicunda, inodora, cortice croceo, nigricante obducto pelliculâ. *Folia* pollicem longa, digitum lata, rotundiuscula, omni more, crassiori furculo, spinis privato, ex ordine appendentia, mediâ costâ ab adverfa parte, multas venulas fundente, dividuntur. Odoriis gratus, fapor vero subacris & amaricans. Sole occidente intestinis lateribus, ut folia *Balampulli* Parte I. *Tabul.* XXIII. descriptæ, se includunt, contrahuntque. *Flores* inodori, flavi, racematim è ramorum foliis destitutorum extremis furculis erumpunt plures, decem constantes foliis pene rotundis, tenuibus, quorum quina exteriora cuspidata parum ac subviridia sunt; uno medianorum existente, venulis trajectis roseis, minuscule, cui adstat oblongum viride, florem universum succingens folium. Emicant ex floribus decem geniculata, è flavo viridia stamina, nigris semilunatis apicibus incurvatis instructa, uti & pede communi plano, lanugine albido fructus primordium continente. *Æquabiles*, compressæ, succretæ *siliquæ*, petiolis adherentes pollicaribus, quatuor transversos pollices longæ, duos propemodum latæ sunt; dorsô crassiori,

cuspidato, ventre paucillum incurvo; maturæ & siccæ cortice sunt duro & corneo è furvo nitente, intrinsecus candida obducto cartilagine, quæ, ubi teneriores sunt, tranſparet, poſtea vero involvit atque diſiungit ſemina oblonga, ſubplana, è cinereo fuſca, è tranſverſo lingu-
lis ſiliquarum dorſo adhærentia. Arenarum cupida, per univerſum Malabar ob ornatum uſumque frequens colitur. Sponte in *Trevancoor* provinciis *Goendre* & *Ellé de Soroan* aliisque montanis naſcitur locis. Ab Aprili in Septem-
brim uſque floret. Fructus carpuntur exeunte anno. Trima fructifera; vitam in centum trahens annos, quibus nunquam deſtituitur frondibus. Ex ligno, quod ubique venale exponitur, rubro, aquæ incocto tinctura elicitur nigra (atramentum vocant,) quæ cum alumine diluta, rubricoſa evadit, maximoque ad lintea aliaque rubello colore imbuenda in uſu eſt; calce vero obſcuratur. Quod ſi furculorum lignum albicans calce perfrixeris ilico rubeſcit, quo exiſtente molliori flavet, ad opera pretioſiora magisque ſubtili elaboranda manu, hoc lignum adhibetur.

T A B. II.

Primus noſter Auſtor arboris hujus figuram ac deſcriptionem exhibet. *Juiwa Seranga*, ſeu lignum *Rubrum*, apud Luſitanos *Pao de Braſil* dicta, à Piſone Hiſtor. Braſil. l. iv. c. xxv. deſcripta, in multis quod ad deſcriptionem & figuram, cum *Tſiapangam* convenit, ea tamen differentia, quod arbor Braſiliana in longe majorem excreſcat proceritatem ac craſſitiem; Flores ſuaviſſimum liliorum convalium inſtar, fundunt odorem, cum è contrario

Tſiapangam eo deſtituantur; atque hoc ſolo fortassis adſcribi debet. Cluſius Exotic. L. I I I. c. xvi. arboris fructum ſeu ſiliquam depingit ſub nomine *lobi membranacei nigri*, Caſparus Bauhinus Pinac. Lib. xi. §. i. pag. 393. lignum Braſiliano ſimile vel lignum Sapou lanis tingendis percommo-
dum dixit. Celeberr. *Hermans* Lugd. Batav. Botan. Profeſſori *Acacia Tinctoria* vocatur.

Pungam Lat.

ਅ ਲੋੜੋ . Mal.

Carenschi

कमडी Bra.

بُونْحَام Arab.



PONGAM seu MINARI.

TAB. III.



Uæ *Pongam* seu *Minari* apud Malabaræos, *Carransi* Brachmanos, *Favas de Chapa* Lusitanos, *Mansbonen* Belgas audit, arbor est excelsa, crassiore *matre* quam ut homo complecti queat; ligno candido molliorique, cortice gemino; exteriori, qualis in ramis vetustioribus, è cinereo obscuro, interiori è viridi læto, fragranti, odore glycirrizam recentem referente. *Rami*, pene inodori, teneriores corticem habent prasinum. *Radix* villosa, nigricans, acris, graveolens. *Folia* grati odoris, nullius saporis, cuspidata, mollia, glabra, supinâ subfusca, pronâ parte dilutiora sunt; quina aut septena, impari è furculi lætioris summitate dependente numero, passim prodeunt; medianâ flavente costâ, intertexta. *Flores* tetrapetali, quorum gemmæ aculeatæ, convoluti folii adinstar emicant, odorarii, papilionacei, *cametti valli* proximi, albicantes, digitalibus petiolis, furculis complures adhærent. Horum duo rosei coloris oblonga folia, tertium patulum, frequentissimis venis lineatum, quartum plane incurvatum est. *Stilus* densior exalbidus in novem staminula rubellis apicibus dividitur; è quibus unum hirsutum eminet geniculatum, fructus germen continens. *Fabæ* nostrarum æmulantes saporem, acres austereque sunt, duos admodum pollices longæ, unum latæ, eâ, quâ planæ sunt, parte sibi invicem incumbentes; in longum sitæ, ita tamen, ut earum umbilicus filiquarum respiciat dorsum; primum virides, ficcæ rubentes, rugis transversis inæquales. Insuper quoque flores spurios fundunt fructus qui sunt noduli cinericei, du-

rioli, candida pulpa, nunquam filiquas edentes. Locis montanis petrosisque, in Provinciis *Paracaro & Mangatti* provenit; idque tam facile ut vel terræ impositus radicetur ramus; Ab anno supra decimum quinto fructifera, ad quinquagesimum superstes est. Flores, Fructusque ab Aprili usque Januarium exhibet, frondes semper vi- rentes. Lignum foco infervit. Balneum ex foliis pa- ratum flatus, Arthritidisque dolores, suffitus febrim de- pellit. Eorundem succus in tempore adhibitus, vene- natos curat serpentum morsus.


T A B. III.

Arbor hæc, quod sciam à nemine hætenus de- scribitur. Fructus, qui ad lorum genera per- tinet, delineationem Clusius *Exotic. L. III. c. XIII.*

sub fabæ specie, tamquam semen exhibet; quod anno *MDCLXXXIV* nomine *Pungam* insigni- tum, inter semina Zeylonensia adeptus sum.



Inja Lat.
لوز مال Mal.
بنجيا Arab.



I N T S I A.

TAB. IV.



Ntsia Malabarenfes, *Cacoefa* Bragmanes, *Spin-*
hos dos Morcilhos vel *Spinodos Mouros* Lufitani,
Wond doorn Belgæ nominant. Binorum ho-
 minum implet complexum, libro est cine-
 reo, ligno candido, fulcis quinis, è qui-
 bus spinæ erumpunt, striato. *Radice* est ad-
 stringente, fibrosa, nigro cortice intus rubente. *Rami*
 cinerei ligno albidiore pronis sentibus, duobus in fulcis
 frequenter obfiti. Folia *Nilicamarum* (parte I. Tab. xxxviii.
 descriptæ) nisi breviora essent, poterant videri, inferne
 striata, uno nervulo in exortu, ut & multis venulis dona-
 ta, dilutiora, superne summe sunt virentia. *Flores* odorati,
 candidi, rubris è gemmis erumpentes, *Acaciæ* Indicæ in
 modum foliorum acuminatorum, singuli, bini, non
 numquam terni, pedicellis pollicaribus in extremitate
 furculorum prodeunt, penicillis tenuium filamentor-
 um, quæ minutissimis capitata apicibus versus omnes se-
 se extendunt partes, ornantur. *Fructus* perplanæ & lon-
 gæ sunt *siliquæ* utrimque cuspidatæ, cortice, crasso,
 duro, subpurpurascete nervo obseptæ, singulæ, aliquan-
 do geminæ è furculo dependentes. Ipsæ autem fabæ mol-
 les, subamaræ, oblongæ & planæ, transversariæ bolbi-
 canon imitantes in carne albicante includuntur. Nascitur,
 quamvis sparsim in multis arenosis petrosisque *Malabar* ut
 & *Cranganoor* locis; nunquam in caudicem adolescens. Flo-
 ribus induitur Julio & Augusto, fructibus maturis sub
 hyemem, frondibus semper virentibus, quæ deceden-

te die se complicant. Horum, velut & corticis succus cum pauxillo salis exhaustus ventris sedat dolores, ipse cortex capitis lavamento utilis additur; qui in pulverem redactus summo cum levamine ulceribus inspergitur.

T A B. IV.

Intsia ex gnorismatibus species *Acaciæ* globosæ habita, nusquam describitur. Apud Reichium tamen *Histor. Plant. Nov. Hispan. Fol. 409.* *Acacia Teboaxis* ei dicta, cujus absolutam non addit descriptionem, delineatur. Plura genera cognoscere cupienti respiciendus est *Thomas Aldinus* in *Horto Farnesiano*. *Baubinus* in *Pinace*. Hæc vero *Acacia Malabarica* flore globoso *siliquis* latis vocari potest.



N A G A.

Waga Lat.
وڨا Mal.
Sigi
سڨا Bra.
سڨا Arab.



WAGA.

TAB. V.



Waga apud Malabarenfes, *Sigi* Braminos, *Favas do Lafaro* Lufitanos, *Melshauwen* Belgas frutici nomen est. Hæc *Intsia* perfimilis, spinis attamen carens, altas maritat arbores. *Rami* ejus virides, carinati, atque ubi novi prodeunt, furculi binis donati sunt foliis. *Radix* vero adstringens & amara. *Folia* parva, è lato aculeata, uno à latere convexa, medio recto divisa nervo, intus viridia, exterius rubea, petiolis rubicundis, ejusdem coloris furculo per ordinem adhærent; quæ vel sola vel cum ramis mota statim, quod inclinato semper solent die, se contrahunt. *Flores* qui odoris sunt mellei, caliculo inclusi rotundo, constantes foliis quaternis oblongis, stellarum modo expansis, tenuibus, mollibus, furvis, propriis racemosis furculis suspenduntur. *Stamina* tria quatuorve supra decem eminentia, tenuia, lenia, quorum infimam partem obducit lanugo, apicum sunt è rubro fuscorum. Hæc inter caput ejusdem coloris se effert *stilus* oblongior, crassiorque. *Fructus* binas palmas æquantes *siliquæ* sunt duos pollices latæ, tenues ac præplanæ, exsiccatæ rubescentes, cortice intus in veo, fabas adstringentes, amaras, teretes, paullulum planas, transversarias, è virente spadiceas continentes. Floret ut *Intsia*, provenit quocunque è solo densis sylvis in *Waropoli*, aliisque Malabarici regni locis; semper virentium interponitur numero. Hujus arboris succus una cum limonis, & virente curcuma in nucis Indicæ oleo diutus coctus, illinendo prodest lepræ, multi insuper usus in ulceribus est inveteratis.

TAB. V.


Incognita hætenus *Waga* quamvis *Acaciæ* species, dici potest *Acacia Malabarica* altera spinis carens.

Pars VI.

E

MOUL-

Mulliva Lat.
എല്ലി വ. Mal.
مُولَغْوَا Arab.



MOULLAVA.

TAB. VI.



Moullava Malabarenfibus, *Moella* Bragmanis, *Favas do Rato* Lufitanis, *Dwaaldoorn* Belgis dictæ arbori, fefqui hominis altitudo, duarum palmarum crassities est. Graveolenti libro circumtegitur subfusco: ligno est solido & albente, nusquam non spinis duris & acutis obsita: *Radice* lignea, gravi, ingrata, terræ irrepente, resinosa, ubi læditur, adhærente. Gravi cum odore tum sapore: *Folia* Buxo proxima, rigida, ex opposito gemina, è longo rotunda, supinâ parte è viridinitentia, pronâ dilutiora sunt; mediam costam eminentem sæpius subdivisam habentia. Inodori, lutei profundo è calice prodeuntes *Flores* quinque foliis hyacinthina imitantibus, constantes, oblongis, longa ferie, in modum coronæ, furculorum foliaceonim summitatibus adhærescunt. *Stamina* iis quina; inferius alba lanugine, superius apicibus obscuris ornata. *Stilus* ejusdem, nisi quod vertex albicet, generis ac coloris est. *Siliquæ* autem subpurpureæ, tactu lenissimæ, lato è calice brevibus petiolis furculis inhærentes, quatuor plus minus oblongas, furvas, insipidas, ingratasque transversarias includunt fabas. In insula *Baypyn* aliisque arenosis, ast raris crescit in locis. Vernat ubi tempus hyemat, fructus maturi colliguntur Novembri Decembri mensibus, sempiternam habet comam. Medicum vero nullum præstat usum, nisi *Pollias* i.e. pauperibus, qui foliorum fumo naribus admisso capitis dolores, vertiginesque, sibi adimunt.

TAB. VI.

Altum apud Botanographos de hac arbore silentium est, si tamen aliqua sit facienda comparatio, erit cum *Acacia cognata planta* J. Bauh. P. I. Libr. p. 432.

Sed ob descriptionis brevitate nihil certi determinari potest.

Pars VI.

F

MOU.

Muricu Lat.

മുരികു Mal.

Pangiro

ମୁରିକା Bra.

موزيفحون Arab.



MOURICOU.

TAB. VII.



Uæ *Mouricou* vel *Muricu* item *Morico* Malabaræis, *Pangiro* Brammanis, *Folshasda trinidad* Lusitanis, *Slakhout* vel *Washout* ut & *Eliphants boom* Belgis dicitur, arbor, est procera, duorum hominum crassa complexum. *Rami* cortice interiori è viridi fusco, pluribus nigris incurvatisque intercurrentibus spinis, obducuntur. *Radix* squammosa villosaque; *Folia* habet in cacumine rara, ipsa vero mollia, tenuia, supinâ parte lenia, è viridi fusca, glabra, pronâ vero glauca, hyalina, è pediculis viridibus, striatis spithamam plus minus æquantibus prorumpentia. *Costâ* inter media eminente, crassâ, pluribus ramusculis, ad oras pene diductis, distincta, odore sylvestria. *Flores* fabacei, pentaphylli, ex petiolis ramorum extremitatibus adnatis tres palmas excedentibus prodeunt, gemmis oblongis, rubris ac inflexis includuntur. *Coccinei* externe, interne vero è rubro furvi sunt, planeque inodori. Horum ex medio enato folio reflexus conspicitur *stilus* falci-formis, ruber in novem teretia, quibus apices innituntur, exiens staminula. Floribus deciduis succedunt *siliquæ* manum longæ, faseolis proximæ, crassæ, cute obductæ densiore, spadiceæ, cœruleæ, farinam infuscam continentes. Ipsæ autem fabæ modo plures modo pauciores intus albæ, lanugine alba distinctæ, in longum sitæ sunt, sanguineæ, dein colore in cœruleum vergente. Umbilicus dorsum respicit siliquæ; sinus iis est in medio excavatus, ac sapor sylvestris. Vulgaris hæc omnibus Malabaricis non modo sed & Zeiloniæ provinciis arbor est, cujus rami vel avulsi infertique facillime radican- tur.

mopere hoc delectantur ligno utpote leni ac molli. Folia huic arbori decidunt eo tempore omnia, quo floribus, quos semel ubi trima est in anno profert, fructibusque vestitur: caudex vero limacibus caracollagis apud Italos in vitibus in cibum enutritis, proximis scatet. Piperis ramusculi in modum hederæ hæc scandunt arbores. Usus harum arborum si consideres varius est; primo lignum Malabareses in ensium ac cultrorum efformant vaginas; imo ipsa per spicilla, in eo, ope lapidis calcinati expolire solent. Una cum cortice Indigenæ ad vestium *Saraffas* dictarum, lotionem, flores in confectionem *caril* adhibent. Ceterum folia pulverisata, ac matura cum nuce Indica cocta donec unguenti crassitudo fit, veneris consumunt bubones, dolores ossium sedant. Contrita folia temporibus applicata cephalææ opitulatur & ulceribus. Mixta cum saccharo impuro quod *jagra* vocant incolæ, estque saccharum quod ex arboris *Palmeina* succo dicto *sura* excoquitur & in nigros trochiscos formatur, ventris dolores præsertim foeminis reprimunt; quod præstat cortex aceto lævigatus, & nucleus pellicula rubra denudatus, si deglutiat. Foliorum succus cum oleo *Sergelim* assumptus, dolores levat venereos, cum orizæ infusione haustus, fluxus tenet; cum foliis *Beteleira* in pulvem redactus vermiculos in vetustis ulceribus præfocat; ex oleo coactus sporam & pruritem tollit.

T A B. VII.


Muricu, sive *Mouricon*, est filiqua silvestris spinosa arbor Indica Bauhini, (Pinac. L. XI. Sect. 11.) & coralli arbor Clusii, *Histor. Plant. Rar. in Appendice* 1. Joan. Nieuhof in itinerario eas in Java ad Bataviam frequentes esse & à Lusitanis *Marokko* vel *Morukko* vocari refert, à Javæ vero incolis *Dapdap* vel *Dadap* à Malænsibus *Darradup*, Chinesibus *Oysensio*. Apud

Ferrarium in *Flora coralli arbor*, dicitur, quomodo J. Bauhino ob flores corallini coloris. Clusius eam in America crescere dicit, at in Insula Mauritii ceteras arbores altitudine superare; unde & *Elephantina* nominatur. Vidi & varias ejus apud nos species è femine, una cum arena quantum conjicio, huc delato exortas.

Kall-Todda-Viddi Lat.

കല്ലട്ടവള്ളി Mal

طاطا وعصير Arab



KAL · TODD AVADDI.

TAB. VIII.



Al-toddavaddi à Malabarenfibus, *Lafari* Brachmis, *Erva Mimosa* Lufitanis, à Belgis *Liefblad* dicitur frutex, ex variis generibus, quorum quatuor terrestria, unum aquaticum est, hic solus ad tres quatuorve pedes affurgit. *Radix* ruffa & capillaris. *Ramis*, qui primum rubei deinde virides, pilis non modo sed etiam spinis diversæ magnitudinis innumeris, deorsum deflexis obsepti sunt, adhærent furculi fere digitales foliacei, ex opposito gemini, rubescentes, spinulis quoque ejusdem coloris hirti. *Folia* proxima Intsia, per ordinem contrariis inter se pediculis annexa furculo, elonga, angusta, anterior obtusa, pertenuia, lenia, nervo subtili, attamen ramoso prædita, furdi sunt viroris. Quæ si tanguntur illico, more Toddavaddi, veluti complicandæ manus, se demittunt, & cum oppositis foliolis sese quasi complicant, mox tamen attolluntur atque in folis occalum explicantur, quo discesso sponte collabascunt. *Flores* qui in petiolis longiusculis, rigidis atque spinosis, subpurpureis hic illic proveniunt, quinis constant petalis, quorum quaterna tenuia, lenia, latiora, ad unguiculos vero strictiora, circa ambitum exiguis rugis crispata, flavei coloris, sed ab utraque facie internigrantia sunt: ex his duo anteriora explanata ad petiolum sese reclinant; duo posteriora oblique erecta sese mutuo respiciunt. Quintum inter duo emicans rigidum crassumque est, ejusdem at dilutioris coloris. Ex medio prominentia stamina inferne arcte compacta & lanugine obsita albicante decem sunt è viridi albentia, superne tenuia, internigrantibus flavis apicibus dotata. Calix quinques infectus

Pars VI.

H

per-

permollis & purpureus. Succrescentes *siliqua* duos digiti articulos longæ lanuginosæ & atris interspersæ maculis, binas, ternas, rarius unam includunt fabam transversariam, acerbam subviridem, maturam in nigredinem vergentem. Sapore nostrates referunt. Nasci amat in locis petrosis umbrosisque. In *Candenate* & *Teckencour* aliisque locis plurima est. Semper frondet. Ignotarum hætenus est virium, excepto quod quidam credant hujus folia invitas mulieres in venerem impellere, alias ad refrigerantes refertur herbas.

T A B. VIII.


Hætenus incognita hæc planta est quarum alie tur, siquidem frutex est, & ad frutices siliquosos species cognomines in sequenti volumine describen- | flore papilionaceo refertur.



Willia-Tagera L.
കരകവ Mal.
طاجر عرب Arab.



Wellia - Tagera



WELLIA TAGERA.

TAB. IX. & X.



Uam *Wellia Tagera*; *Wellia ponnamtagera*, vel *Wellia ponna-vire* Malabaræi, *Sarpouli* Brammani, *Tagera* Lusitani, *groot Glidthouwt* Belgæ vocare consueverunt, in crassitudinem brachii, altitudinem hominis adolescens arbor est, viridi involuta cortice, ligno admodum pauco, ramis rotundis atque viridibus. *Folia* è longo rotunda, permollia ac glabra, pluribus venis media è costa exortis, striata, glauca, foliis *tagera* proxima, communibus petiolis prasinis, fulcatis, contrariis inter se pediculis adhærent. *Floribus*, qui minores, foliola, quæ arboris poterant videri, quina sunt, lutea, singula tribus nervulis, parumper eminentibus intertexta, & calyce pentaphyllo obsepuntur. Horum in medio decem ex albo viridantia, oblongis majoribus, flavis post modum obfuscantibus donata apicibus, conspiciuntur stamina, eminente uno viridicato, oblongiore atque incurvo, fabigineo germine. Succedentes floribus *siliqua* duas palmas propemodum longæ, perplanæ, digitum transversum latæ, læves, in transversum posita includunt femina elonga, transversis quoque intersepimentis à se invicem seclusa, aliquantulum sub cortice extuberantia. Arbor hæc, quarto ab hoc volumine descriptarum, species est; colitur ob solam elegantiam in hortis, in quos è sylvis circa *Panam* ac *Pettette* traducitur, cum ceteræ prope *Oediampere*, *Perkencour*, aliisque locis plurimæ sint. Præcipiti flores exhibent æstate, seu mense Sextili, semen maturum Novembri, Decembri mensibus; arenosos amantes locos, sempiterna virent coma. Si radicem excipias, quicquid ex arbore

exhibeas, addito cumino saccharo candido & lacte finit gonorrhæam virulentam. Folia lacti incocta vaccino vel in balneum parata articulare expellunt morbum. Cortex cum saccharo & aqua lævigatus diabetei commodus est. Radicis cortex cum croco virente lacte exceptus podagræ nodosæ *Sonida badda* Malabarensis dictæ succurrit.

TAB. IX. & X.

Tageræ Tomo secundo aliisque locis descriptæ nullam quod ad notas características habent inter se convenientiam, neque ab aliis delineantur auctoribus. Quid Bauhinus de Tagari refert in Pinace ob deficientem hætenus descriptionem accuratio-

rem, nobis incertum habetur. In diversis Indiæ locis harum flores *Fula de Coupang* vocantur, quia fructus, *coupangs* quod species anreorum nummorum est imitantur. Folia graveolentem fundunt odorem.



Miringu Lat.
 4 ୯ ୫୩ Mal.
 Mairingu Bra.
 मृशीरु Bra.
 ميارينجا Arab.



MOURINGOU.

TAB. XI.



Rbor quæ Malabarenſibus *Mouringou* vel *Muringo*, Bragmanibus *Maiſingou*, Luſitanis *Moringa*, Belgis *Moringe* appellatur, quinos homines longa, unius complexum craſſa, cortice intus albido, obducta eſt nigricante; odore ac ſapore naſturtio aut raphano ruſtico ſimillimo. *Rami* ſunt ligno albicante, libro viridi. *Radix* veſtitur cortice ex albo flavefcente, trunci ſaporem referente. *Folia* bina ſibi invicem oppoſita, communibus petiolis, ſpithamam fere longis, cubitalibus furculis ad verticem uſque adnaſcuntur; diminutis lenſim petiolis. Suntque è longo obtuſa, tenuia, mollia tactu & lenia, mediâ coſtâ prominente nerviſaliquot in latera excurrentibus, donata, ſuperne è praſino fuſca, inferne ex viridi lætiora. Odor fabis ſylveſtribus proximus. *Flores* candidi, decaphylli, petiolis incurvatis è ramorum cacumine dependent; quina externa foliola oblonga, extrorſum, ſtellæ in modum expanſa reflectuntur, quorum bina poſteriora majori, trina anteriora, minori diſtant interſtitio. Intimorum latiorum quatuor, inferiora obtegunt, quinto ex inferiorum medio prodeunte, è regione arrecto. Hæc inter elevatum foliolum proxime medianus ſe eregit colus in decem ſtamina è viridi albula, extrorſum inflexa, diviſus, quorum paria uno grandiuſculo flavefcente obteguntur apice. Foliola denſa maxime interna rigida ſunt. Calicis latioris ac è viridi fuſci umbilico inſidet globulus, fruictûs germen, oblongus quadantenus piloſus, filamentum prodens albineum. Odor iis gratiſſimus & melleus. Deciduis ſuccedentis floribus, filiquoſi, teretes fruictus ſunt, porcis altioribus ſtriati, ſeſquicubitales, cortice coloris herbacei, intus carne exalbida, ſeminibus repleti candidis. In deliciis ob gratum ſaporem habiti, graciles quippe vetuſtiores, eminentibus ſingulis in lateribus coſtulis ligneis, craſſeſcunt, ſiccique rubent. Tribus fruictuum lateribus trigona incluſa ſunt ſemina, cartilaginea pelliculâ nucleo intus albente, membranis alata tenibus, ſecundum filiquarum longitudinem

dinem disposita. Arenarum amans, non modo in Malabaræ verum & in Zeyloniæ aliarumque Indiæ locorum hortis ac villis ob fructus solummodo colitur, qui fabarum more venales quovis mittuntur. *Floret* Junio, Quintili, Sextili, mensibus. *Fruetus* nunc in anni exordio, nunc exordio, aliquando in utroque leguntur. Septuagenaria vel octuagenaria extinguitur. *Folia* succrescentibus novis ei decidunt. Hujus folia & fructus in concoctione *Càril* adhiberi solent. Insuper ex foliis, radicis cortice & fructu parantur pillulæ antispasmodicæ. Foliorum succus una cum pipere oculis immittitur contra vertiginem; qui zinziberi si addatur fugat febres. Tritus ex orizæ aqua cortex oedemati medetur, adjecto cumino odontalgia, & malarum tumori, per se vero venenato glirium morfui. Ejusdem & foliorum Vallinaregam succi naribus attracti maniam tollunt. Merus corticis Muringu succus cum aqua & allio commixtus serpentes (Cobras capellas) ædibus expellit; artuum ex frigore lancinationes oriundas, lenit epotus: *Radix* supposita arbortum causat; cum allio & pipere subactus succus spasmis succurrit, si temporibus allinatur. *Folia* si calida imponantur coleorum discutunt tumores, imo & venereos. Ulceribus apta sunt; apertæ autem & affectæ parti imposita lumbricos pedum, (popularis in Persia & Guinea morbus est) evocant. Vino admixtus succus cum piscis aurætæ (Lusitani d'aurada vocant,) sevo ebriosos à meri ingurgitatione vocat. Viridis hujus arboris succus omnibus artuum capitique ex lue venerea ortum trahentibus doloribus opitulatur. foliorum succus vermes Phagadenicis in ulceribus enecat & expellit; ex butyro coactus herpetem aliosque morbos removet.

T A B. XI.

Nomine *Arboris exoticæ lentisci foliis* Bauhinus in Pinac. L. II. Sect. II. arborem hanc describit. Acoftæ vero cap. xxv. *Moringa* nominatur, è quo J. Bauhinus Tom. I. Part. II. Lib. XXII. p. 435. *Moringam* eam dicit *Lentisce folio fructu magno anguloso in quo semina ervi*; additque à Turcis Arabibus

que *Moria*, persis *Turtaa* in Guzaratta, *Tverida* appellitari: hujusque arboris radicem lapidis Bezoardici & unicornu loco contra omnia venena exhiberi. *J. B. Ferrarius Floræ* Lib. III. c. XXI. *Moringam* depingit plane cum auctoris nostri convenientem.

Kātu-Cōna Lat.
 കുടും കുടും Mal.
 Tambido-Bajo
 त बेटोबायो Bra.
 فاكهة الساج Arab.



K A T O U - C O N N A .

T A B. XII.



Uam *Katou conna* Malabaræi, *Tambido-Baio*, aut *Colladi Bragmæ*, *Favas Orelheira* Lusitani, *Oorhangers* Belgæ nominant, arbor percelsa est, crassiorque quam ut à duobus hominibus complecti queat; ramis patulis umbrosisque, cortice & ligno spadiceo, rubra medulla donato: radice longe aberrante, cortice ac ligno rubro, sapore insipido, odore gravi atque ingrato. Folia oblonga, cuspidata, tenuia, rigida, superne è fusco nitentia, inferne dilutiora venosaque, gemina ut plurimum, parvis incurvatisque petiolis, furculis adhærent. Flores candidi, odorisque experti è furculis ramosis, quin oblongis constantes foliolis, cuspidem deorsum demittentibus, conjunctim enascuntur. Horum è medio staminum vice fasciculus filamentorum tenuissimorum eminet. Calyx autem parvus quinque habens cuspides florem arcte involvit. Siliquæ figura spirales, contortæ, crassioribus nervis extuberantibus simul & lanugine obsitæ, apertis oris crispatæ, internum è croceo rubescentem ostendunt corticem. Fabe in siliquis protuberantes, latioribus intervallis à se invicem disjunctim gemmularum more dependent; glabro atroque cortice nitentes; pulpam habentes prasinam, duabus visibilibus pelliculis distinctam. Odor iis gravis, sapor plane sylvestris. In quovis proveniunt solo, præcipue circa *Parou*, *Repolin*. Fructibus aut floribus sempervirens jugiter vestitur. Foliorum decoctum canitiem avertit, lepram sanat, quod præstat & cortex cum saccharo in pastam redactus.

T A B. XII.

Ignota plane Botanicis hæc arbor est, nisi è sili-
quarum similitudine velis speciem *Aræ ramo tenui* ha-
bere; quam *Piso* Lib. iv. c. xxvi. describit, aut im-
perfecta existente descriptione ac figura nihil defi-
nio. Attamen quamvis cognomen cum *Conna*, *Par-*
te i. descripta conveniat, nulla tamen inter eas in-
tercedit æqualitas; posses equidem speciem *Cassie*
fistule aut *conne* dicere.



Thora-Perou Lat.

കുടവരളം Mal.

Tori

തെരി

Bra.

طُورَة بَيْهَرَة Arab.



THORA · PAËROU.

TAB. XIII.



Arbor quam Malabarenfes *Thora - Paërou*, Brachmanes *Thori*, *Tantaraga* Lusitani, ac Belgæ & Indostanium nomine *Quit sierrii* appellitant; fruticosa est, radice ruffa, obfusco cortice, inodora; caudice sesquipedem crasso. Folia salicium effigiem habentia, ex oblongo angusta, quinos pollices æquantia, aculeata, nervis striata, numero terna, bipollicaribus striatis etiam è furculis, brevissimis pediculis dependent, superne lenia, è viridi fusca, inferne hyalina, odore simul ac gustu haud ingrata. Flores hic illic in extremitatibus furculorum, prope foliaceorum exortum expullulantium, erumpunt papileonacei tetrapetali, quorum unum aduncum, venis striatum, lateribus albicantibus & translucidis intus flavum, circa medium oræ leviter sinuatum, existit. Duo erecta oblonga, flava foliola, prope latus incurvatum circumplectuntur. Stilus hamato incumbens folio, candidus, in novem filamenta, croceis apicibus donata, divisus, flamine, quod filamentum flavo capite ornatum transmittit, crocea gemma nodulato, obtegitur. Eorum calix venosus hirsutusque, odor autem nullus est. Succrescentes floribus *siliqua*, digitum auricularem cum longitudine tum crassitie æmulantes, pilosæ, maculis interstinctæ, è viridi dilutæ sunt; cortice subrubro, cartilagineo, ubi expanditur transparente; multis venulis intertextæ. His includuntur quatuor pisa cartilaginosis intersepimentis à se mutuo distincta, immatura virentia, glabra, nitentia, matura rubentia, quædam ex albido flaventia, situm transversum obtinentia, in edulia ob gratum saporem relata, quinimo propterea in agris pinguioribus sedulo excoluntur,

tur, & ubivis venalia exponuntur. Leguntur mense Januario. Frutex ipse semper frondens, brevi emoritur. Medicus hic usus est. Apozema ex foliis assumptum, hæmorrhoidum fluxum retardat nimis copiosum. Cum pipere contrita folia gingivarum immunditiem, dentium tollunt dolorem. Decocta vero in orizæ loturâ femina & cum butyro in linimentum redacta spontaneam ac dolorosam artuum propulsant lassitudinem. Paratur insuper exiis quoque salubris contra variolas potio.

T A B. XIII.


Cujus generis hæc sit arbor gnorismata indicant. Fabæ focus navalibus ex India Orientali redeuntibus cibo sunt, quæ causa est ob quam diligenter exco-

luntur. Harum quædam in Horto Amstelædamensi si Medico curiosis ostenduntur.



M A N D S

Mantsjadi Lat.
 8 3 3 3 Mal.
 Günschi
 5 3 Bra.
 ما جيارى Arab.



M A N D S J A D I.

T A B. XIV.

Adenanthe parsonsii
L. Sp. 350.
Miel. det.



Andsjadi apud Malabarenfes, *Gunsji* & *Gonsji* Bragmas, *Mangelins* Lusitanos, *Manjelyns* vel *Weegboonen* Belgas dicta, procera arbor est, binorum hominum crassa complexum, ligno duro, libro crasso, fusco, squammoso, intus rubente, qualis & radicem obvolvitur, qui tamen proxime lignum albicat. *Rami* ligno admodum pauco, è viridi fusco, glabro tamen nitent cortice. *Folia* obtusis oris oblonga, tenuia, mollia, lenia, supinâ intense virentia, pronâ parte dilutiora, alternatim viridibus furculis spithamam propemodum longis; qui binarii è spadiceo rubescentibus quoque aliis interioribus sulco striatis è furculis prodeunt, appendentia conspiciuntur. Odoris sunt fabacei, gustus subamari. Arcto, brevique è calice subcrocei pentapetali *flores*, angustis foliolis acuminati, extrorsum reflexi, frequenti numero, tenuibus simul ac brevibus pediculis, furculo duas palmas excedenti, agglutinantur. Stamina una cum stilo eminente viridi, qui fructus primordium est, decem iis sunt surrecta, flavis quoque exornata capitulis; odor melleus. *Siliqua* tres palmas longæ, transversum digitum latæ, femina, seu fabas includunt alte extuberantes. Suntque cortice primum è viridi fusco, siccæ è spadiceo nigricante, nonnullis venulis pertexto. *Semina* sive malis vocare fabas, rotundis spatii inter se dissidentia, ossis ad instar prædura, tunica crassâ, coccineâ, glabra, nitentia, sapore fabarum simillima sunt. Arbor hæc inter proceriores regni Malabarici arbores, caput extollens, quocumque crescit solo, maxime tamen in *Mangetti*,

Cochin, Berquencour aliisque locis frequens. Anno demum à fatione vigesimo, flores Septembri mense, maturi fructus in fine atque initio, quamvis & aliis tempestatibus anni, frondes semper conspiciuntur. Usque adeo longæva est, ut ducentos annos perdurare habeatur. In usu quotidiano lignum ob soliditatem variis operibus invenit. Foliis in pulverem redactis gentiles in cæremoniis utuntur. Semina vero haud ingrati saporis præter quod à plebeis sive cocta, sive comminuta in farinam, comedantur, magnum præstant usum auri fabris & gemmariis, quippe ob æqualitatem, granorum vice in ponderandis mercibus adhibentur, singula namque *Masjelina*, liceat mihi ob linguæ ignorantiam ita exprimere, quatuor pendet grana, quibus utuntur aurifabri; qui quoque ex contusis hisce feminibus aqua madefactis, una cum borace gluten ad elegantiora cum nova, tum diffracta vasa conglutinanda conficiunt. Medici vero è foliis contritis potionem lumborum sedantem dolorem parare norunt.

T A B. XIV.

Arbor hæc quod sciam à nemine descripta est: nascitur ea in Zeylonensi insula, itidem in Syriama. Flores hexapetali sunt. Consulatur Linschoten & Garcias ab Horto l. 1. C. 47. de ponderandis margaritis cum hisce feminibus: Nosque ad

huc servamus has siliquas earumque semina inter huc allatas raritates Indicas. De similibus loquitur quoque Bauhinus in Pinace sub nomine pisi virulenti Chinensis. Accepimusque ea in horto medico Amstelodamensi è Zuratta.





Pongelion Lat.
 മലബാർ കിഴി. Mal.
Saralū
 सारलु Bra.
 پانچھلیام Arab.

PONGELION five PERIMARAM.

TAB. XV.



Pongelion five *Perimaram* Malabarenfibus, *Sarali* Brachmanis, *Favas de tres huma*, Belgis *Drieboon* dicta arbor, aliquando, priusquam se in ramos diffundit, ad quinquaginta longitudine, crassitie ad duodecim & plures excrescit pedes. Cortice est cinereo, scabro, prope radicem, ubi excepta crassitie quæ illic major, idem est, graveolenti, *Folia* extrorsum crispata, acuminata, densa, glabra, superne nitentia, inferne paululum dilutiora, falciformia, gemina plerumque brevibus pedunculis communibus è furculis lignosis propendent. Costa vero intermedia, adversa in parte summe eminens ad oras usque extensa, arcuatim reflectitur, multas subtiles fundens venulas. Odor ipsis nullus. Inodori absque calice pentaphylli prodeunt exalbidi *Flores*, plures racematim petiolis viridibus rotundis superne angulatis insistentes. Stamina ut in *Mandsjadi* proxime descripta colore & numero æqualia sunt: stilius in vertice tricuspide plano ac viridi coronatur. *Siliqua* foliaceæ tenuitatis è singulis florum pedunculis ternæ prodeunt, lateribus carne intermedia tenui & pauca conglutinatis, digiti ferme quatuor articulos longæ, pollicem latæ, subvirides, crassiori nervo, qui una cum ceteris circulum pene efficit, donantur. Hic loci singulis in siliquis, annectitur semen è rotundo aculeatum, quod totum circulum pene implet viride. Sapor liguminosus sed languidus, ipsi fructus perquam pituitosi sunt. *Siliquæ* omnes ad maturitatem non perveniunt, externarum enim una vel altera decidit. Ceterum crescit pinguiori solo, circa *Moutan*, *Parca*, & *Bardelle*, ut & aliis locis plurimis. Flores Majo Junioque,

nioque, fructus vero Novembri Decembri fert mensibus, frondes semper; quæ ut & flores è finibus erumpunt ramorum, qui exinde elongantur. Longævis annumeratur. Lignum in cultrorum ensiumque efformatur vaginas; Folia contrita aquam eleganter tingunt. Contuso è cortice excoctum oleum, corpori illitum humores vitiosos educit. Exstillans ex arbore succus cum lacte ebutyrato epotus, flatus discutit. Fructus cum Munja trituriati, orizæque decocto immixti, cephalalgia ut ophthalmia, oculis injecti medentur.

TAB. XV.

Arbor hæc *Pongelion* quoque est earum de quibus auctores antea fecere mentionem. Pertinetque ad arbores siliquosas, florum hexapetalorum. Quare iconographus quosdam horum florum quodam ad foliorum numerum non recte observavit.



Butea frondosa

Pars 6. Tab 16.

Plaso Lat.

പ്ലാസു Mal.

Palasii

पलसु Bra.

پلا جیٹ Arab.



Plaso Lat.

കുറ്റി Mal.

Palasui

പാസു Bra.

پلا جیٹ Arab.



MALABARICUS.

P L A S O.

TAB. XVI. & XVII.



ARbor quam Malabaræi *Plaso*, Brachmanes *Palasu*, Lusitani *Favas de engenho*, Belgæ *Rattenhauwen* vocare consuevere, trium hominum longitudinis est, unius crassitie, cortice exteriori cinericio, sicco, fragili, qui è nigro rubeâ investitur tunica, interiore vero molli quamvis crasso, quo inciso gummosus sanguineus affatim exsudat liquor, sapore subdulcis; *Radix* fusca eodem cum caudicis liquore est succida. *Folia* crassa, prægrandia, brassicæ fabaudæ hybernæ imitantia, è lato rotunda, sesqui fere spithamam longa, albo nerveo obducta limbo, tactu subaspera, colore superne è viridi fusco nitentia, inferne dilutiora, terna pedunculis rotundis, crassis, cubitalibus furculis inhærent. Venulæ, quæ è media majori erumpentes in recta duntaxat parte visuntur, in se invicem revolutæ, supinam superficiem striant, asperitatem dicto modo causantes. Saporis expertia. Longiore denique è ramo, supra foliaceorum exsurgente, petiolis spissis, sesqui fere uncialibus, parumper tomentosus, plures alterni proveniunt *flores* papilionacei grandiusculi tetraphylli; coloris coccinei Muricu adeo similes ut cetera exinde petiqueant. Odor ipsis acris. Calycis vero quinque cuspidalis petiolus parum tomentosus est. *Siliquæ* permagnæ, spithamam longæ, tres pollices latæ nervis eminentibus multis pilis dum adhuc virent decumbentibus obsitæ, lateribus pene contiguis perplanæ cortice interiori cartilagineo, candido sunt, odore subacri. Harum in vertice, una valde compressa ac complana reperitur faba, cortice tenui, rubro, pulpa,

H O R T A U S M

in duas sese dividente partes, albâ: maturis feminibus filiquæ rubent, quæ, priusquam faba conspicitur in justam excrescunt magnitudinem. Faba solitaria, magnæ inclusa filiquæ subdulcis est saporis, graveolens. Crescit in *Cranganron*, *Bellanga*, multisque aliis Malabarici regni tam montanis quam apricis locis copiosa, semper frondens. Bimula flores Septembri, Octobri, fructus Januario sequentibusque fert mensibus. Quadragenaria emoritur. Ast rami terræ impositi confestim radicantur. Lignum & folia gentilium cæremoniis inserviunt. In pulverem redacti fructus, assumpti lumbricos educunt, cortex eo modo cum zinzibere exsiccato, exhibetur in morfu viperino.

T A B. X V I. & X V I I.

Arbor hæc inter *Loborum* genus refertur. Secundo post sementum anno fructus fert, idque quadraginta annorum spatio. Qui plura de similibus

Lobi generibus scire desiderat, inspiciat Casp: Bauh: in pinace Lib: 11. Sect. 2.



K A R I N.

Karin-Njota Lat.
കരിൻ 35 Mal.
Locandi
लोकरी Bra.
فوحريغيا طماء Arab.



KARIN-NJOTI.

TAB. XVIII.



*K*arin-Njoti Malabarenfibus nuncupatur, quam Bragmanes *Locandi*, Lufitani *Fruita Sancta* Belgæ *Kroon nooten* dicunt; arbor tantæ proceritatis est ut sex hominum superet altitudinem; *Caudex* ei hominis crassitudinis; rami cortice nigro, ligno albo, sed amaro; teneriores viridi sunt. *Radix* cum odore tum sapore gravis atque amara. *Folia* peramara, crassa, solida, glabra, vetustiora facile fragilia, oblonga, obtusa, rectâ in parte è viridi fusca, adversa dilutiora; è crassis rotundis fere pollicaribus proveniunt petiolis costa multas albidulas fundente venulas, divisa. *Flores* circa ramorum summitates in furculo perlongo, rotundis, parvulis, purpureis petiolis plures conjunctim, inhærent, tribus & quatuor, & quinque aliquando, ad invicem inflexis constantes foliis, ex angusto latis & obtusis, lenibus, colore ab uno latere subflavo, in album vergente, ab altero propemodum sanguineo, utrimque nitentibus, è calice in quatuor laciniâ dissecto, prorumpunt. *Stilus* mediastinus brevis crassusque, filamentum oblongum è fusco flavum emittens, stamina oblonga crocea, apicibus quæ donantur ruffis, comitatur. *Odor*is plane expertes. *Successi* floribus *fructus* pedunculis curtis, tortuosis, fasciati, elongo cauli seu petiolo appendent nuciformes, quamvis aliquo modo planiores, cortice crasso, lignoso, fungoso ac levi, qui includit unum nucleum duos in lobos cute è flavo rubente divisum; gustu amarissimum. Arenarum amans prope littora invenitur in insula *Baypin* pone *Paloerti*, *Arregatti* aliisque locis, ut & in insula *Zeylonensi*. Flores ejus Januario, fructus Martio, Aprilique mensibus, frondes

semper visuntur. Ceterum arboris hujus folia, balneum præstant febres fugans algidas; contrita vero erysipelati occurrunt; temporibus adfricta, colubri cujuscunque adversantur veneno. Eorum oleo incoctus succus linimento Psudraciæ est. E fructibus autem primo conficitur oleum articulari, dein potio, cholerae medens morbis. Radici Boream versus excrefcenti magicas Malabaræi attribuent vires.

TAB. XVIII.

Carolus Clusius in Exotic: 1.3. Cap. 16. refert duo *Lobi* genera, quæ valde huic *Karin-njosi* juxta descriptionem similia sunt. Verum quoniam vehementer dolet talium fructuum allatores sibi nullam figuræ arborum dedisse notitiam, nihil certi ferè de ea potuit referre. Itaque noster auctor quantum ego scio primus est, qui eam pefectè descripserit.



Kāka-Mullū Lat.
കാകാമുളി Mal.
فُحَا قُحَا صَوْلِحُو Arab.



KAKA MULLU, vel KAKA MOULLOU.

TAB. XIX.



Rbor quæ *Kaka Mullu*, vel *Kaka Moullou* apud Malabarenfes, *Ticanto* Brachmanes, *Graon de Veado* Lufitanos, *Schulpdoorn* Batavos audit; brachium crassa est, ligno candido, cortice leucophæo & scabiofo. *Rami* ejus proxime descriptarum modo spinofi, medulla perfossi, aliquantulum contorquentur. *Radix* odoratius vibrat, subsalsa. *Folia* spiffa, solida, glabra, summe viridia è longo aculeata, ex adverfo gemina, furculis, qui duobus spinis gaudent, affiguntur, primum leniter constrictiva ubi manduntur subacria, inodora. E gemmis fulvis, *flores* papilionacei, lutei, furculis, pollicaris longitudinis juxta florem inflexis è pedunculis adhærescunt polyphylli: decem namque, *Mouringo* haud absimiles constant foliolis, quorum ex inferioribus unum inflectitur, ceteris cochleari similibus; quatuor interiora è longo latiora sunt. *Stilus* hirsutus ut *Mouringo*, nisi quod in novem findatur stamina. *Odoris* licet languidioris gratissimi. *Siliqua* latiores, duro cortice intus exalbido, singulæ unam solummodo grandiozem involvunt fabam, ex albo nitentem; quæ saporis subacris aromaticique est. Arbor palustrium cupida, in mali excrescit altitudinem, vivit prope *Chenotti*, *Parou*, *Warapoli*, aliisque in locis ad fluminum ripas. Effloret, Junio, Julioque, Fructus edit sub anni initium maturos; frondibus numquam nudatur. Medicus ejus usus plane incognitus, nisi quod cortex ex lacte contritus vaccino diabetem gonorrhæamque persanet.

TAB. XIX.

Hæc *Kaka mullu* ad *Loborum membranaceorum* pertinet genera, cujus mentionem facit *Clusius in Exotic.* L. III. C. XVI.



Ban-Karetti Lat.
 വകുളവ Mal.
 Teringüssi
 तीरगुरी Bra.
 وَهْرَجٌ فَحَارِطِي Arab.

BANKARETTI.

TAB. XX.



Ankaretti Malabarenfes, *Dou-Tiringouffi* Brachmæ, *Cliche falſa* vel *Silvada Prajamacho* Luſitani, *Praatjes* Belgæ quam nuncupant, arbor eſt *Caretti* Part. II. Tab. XXII. deſcriptæ alterum genus, à qua differt quod hæc flores proferat ſimplices, juxta ſurculorum exortus poſitos, decaphyllos, è viridi luteos, ſtilum rubrum emittentes. *Siliquæ* *Kakamulla* effigiem habent, cortice ſunt denſo, ſubfuſco, duro, intus helvolo, foras villoſæ non autem echinatae, unam duntaxat fabam continentes, quæ per plana piloſaque eſt; ſed prædura & apud medicos in uſu. Nascitur prope montes denſiſſimis in ſylvis in Provinciis *Candanata*, *Cottate*, ut & aliis locis. In hac alii matureſcunt fructus, alii turgescunt, alii florent.

TAB. XX.

Lobus Echinatorius Cluſii vel *Caretti* ſecunda parte deſcriptus, nulla parte in foliorum figura convenit: multo minus ſiliquis, ſpinis carentibus. Magnam ego ſpinoſorum *Loborum* deprehendi differentiam, ut patet ex *Banduch. Zanoniis & Breynii in Prodromo*: verum quod ad hanc arborem potius eam,

ejuſdem cum præcedenti *Kaka-Mulla* dicerem ſpeciei, utpote in multis iſti valde ſimilem. Multas eſſe *Loborum Echinatorum* ſpecies oſtendit ſatis *Casp. Bauh. in Pinace Lib. XI. Sect. 2.* Pariter in Occidentali ac Orientali naſcuntur India.



Nāgam Lat.
ഈടം Mal.
Cupajada Bra.
نواگام Arab.



N A G A M.

TAB. XXI.



Agam Malabaræi, *Coupajada* Gonconi Brachmæ, *Fruita gundra* Lusitani dicunt, *Schwyteboonen* Batavi vocant. Altitudine quatuor crassitie unius hominis arbor est; ligno candido rubea medulla trajecto, cortice cinereo; radice odore gustuque sylvestri. *Folia* ejusdem ac radix odoris saporisque, oblonga, cuspidata, densa, rigida, in superiore parte glabra, subobscura, inferiore cinericea sunt, costa donata crassiori, in ligneos nervos porrectâ. *Flores* umbelliferi pentapetali, rubei, furculis ramulosis innitentes, globulum rufum stylumque breviorum includunt. Floribus è singulis quaterni imo quini exoriuntur fructus. *Siliqua* digitali longitudine, spadiceæ, cortice subamaro, unam singulæ investiunt fabam pelle candidam, intus mollem & fungosam gustu amaram & adstringentem. Arenosis licet, paludosis tamen gaudet, locis, in insulis *Bendurti*, *Aroe* aliisque intra *Cranaganoron* & *Porca* sitis, frequens, Augusto, Septembri, Novembri florifera, Martio, Aprili fructifera, perpetuo frondens est. Foliorum succus cum nucis Indicæ oleo ventri illitus, lunaticam ejus intus mecentiam dispellit.

TAB. XXI.

Quoniam (quod sciam) nulli auctores aliquam hujus arboris faciunt mentionem nihil certi quoque de ea definiri potest, nisi quod hi flores non in umbellæ, verum ramorum formam proferuntur. Si

quis autem de similibus filiquosis plura desiderat *Clusium in exoticis. lib. 2.* adeat ubi de pluribus agitur speciebus.

Noel-Valli Lat.
ግሳ ልግግ Mal.
سُقْلَة وَاللَّيْج Arab.



NOËLVALLI & PANNIVALLI.

TAB. XXII.



Malabaræis *Noëlvalli & Pannivalli*, à Brachmanis *Solori*, Lusitanis *Folhas do porco*, Belgis *Hoefblad* audit. Hic ramusculis proximas maritans arbores frutex, cortice est nigricante, rubris infuso maculis, ligno viridi medulla perterebrato; *radice* subsalsa atque inodora. *Folia* fraxini simillima, fulcatis inhærent furculis, crassiora, solida, glabra, nitentia, superne magis fusca, inferne dilutiora, ubi & costa eminent lignosa, flavescens: sapor iis subacris. Inodori *flores*, è calyce monopetalo rubicundo, papilionacei longis è furculis, ut *ramena-pumaram* Tab. LXI. Tom. IV. descr. dependent candidi, tetraphylli, quorum unum latius rotundiusque & incisum in cacumine leviter quodammodo inflectitur, duo lateralia oblongiora, exteriora versus incurvantur. Stilus ut in *Wellia Tagera* paullo ante descripta, haud absimilis, ex albidus minorem in se continet alium subviridem è calice erumpentem. In gemmis compressis unum latius folium cetera complectitur. *Siliquæ* longitudine & gracilitate digitali perplanæ, duo, tria, isthmis distincta, semina, fabarum rudimenta intus includunt. Ipsæ fabæ sole percoctæ cinericei sunt coloris, ingrati saporis. Augusto flores, permatturos fructus Decembri & Januario mensibus, frondes perpetuas promit. In insula *Baypyn* ceterisque locis fluviorum ripas obvestiunt. Comestæ immites fabæ alvum cum torminibus solvunt; Folia in cataplasma redacta Erisypelati conducunt. Cortex cannabinum æmulans in funes redigitur.

TAB. XXII.

Flores hujus fruticis sunt galeati & labiati, conveniuntque cum quibusdam Orchidis speciebus exceptis uncinulis.

Pars VI.

V

KATOU-

Kati-Pul-Colli Lat.
 കട്ടി പുലക്കല്ലി Mal.
 Bana Dadu-Nari
 गान्दीदुम्भ्रा Bra.
 فخاطزيبو كوفي Arab.



K A T O U - P U L C O L L I .

T A B. XXIII.



Atou - Pulcolli Malabarenfibus, *Rana-dadumari* Brachmis, *Arvore-ensitho* Lusitanis, *Koelblad* Belgis nuncupatus, homine longus frutex est, cujus inodora è radice fibrosa, ruffa, geniculatus, carinatusque exurgit stipes duntaxat unus, fractu perfacilis, ramulos è geniculis protuberantes habens gemellos oppositos. *Rami* ut & furculi pertenuis ei sunt colore fusci, teneri pilis rugosi. *Folia* hic illic furculis insident rara, è longo angusta, longitudinis pollicaris, è viridi fusca, in ferne dilutiora, quæ lapsis floribus, ramis decidunt. *Flores* purpurei è foliaceorum furculorum erumpentes extremitatibus, folia habent è longo angustissima, erecta, extrorsum crispata, quorum unum angustius inferne candidum venis striatum, alterum latius est. Stamina bina exalbida, purpureis oblongis apicibus, duobus quoque gemmulis exornata, albens sibi è calyce viridi exortum, adjunctum habet filamentum. Decidentibus floribus è calyce capsulæ enascuntur feminales, ubi calyce excipiuntur è longo angustiores, capitulo compresso, oblongoque sunt, virides hirsutæ, siccæ lignosæ, cortice albulo. Ipsa vero femina complanata è ruffo fusca duabus in cellulis intersepimento quodam distinctis, prope capitulum bina ut plurimum reperiuntur, fabæ figuram æmulantia, sapore odoreque carentia. Arenosis ipsis frutex apricisque gaudens campis, circa *Cochin* & *Warapoli* multus est. Flores Januario, semen maturum Martio, Aprilique dat mensibus. Medicus internus usus in stomachi doloribus, atque interaneorum inflammationibus est, externus in scabie herpetique.

T A B. XXIII.

Ad quodnam genus hæc planta pertineat difficile est dictu, at flores & siliquæ fere referunt *fabaginem* *Belgarum Dodonei*.

Perim-Curigil

ಎಂಬುದು ಕೆಲ

Tali

ವಾಕಿ

بهره و فواید بسیار



P E R I N C O U R I G I L.

TAB. XXIV.



Erincourigil apud Malabarenfes, *Tali* Bragmanes, *Circa darvetha* Lufitanos, *Honde pinten* Germanos inferiores vocitata arbor, pruno fimillima, *Radice* eft ligni albicantis atque in circulos diftincti, libro quod ad colorem fanguineo crufta obducto atra, nullius odoris, faporis acris; *Ramis* ligno candido medullato, cortice fpaceis. *Folia* longiora, angufto cuspide aculeata, fuperficie glabra, fpiffa, rigida, pyri paullo breviora, numero quina, virore fupina in parte faturo, prona dilutiora utroque nitente funt: venulæ utrimque confpicuæ frequentes per totum oberrant folium, cui fapor nonnihil pungens odor lentiffimus. Exigui perianthio quinques incifo ftelliformes, candidi, pentaphylli *flores* perfecti, in furculorum cacumine ramulis innati, dena nivea flavis decorata capitibus, habent ftamina, quorum quina, foliorum ex unguiculis quæ exeunt, paullo planiora funt; *Stilum* in fuper, albentem, craffum. *Siliqua* vero cortice coloris aureoli, interno rigido, cano, externo tomentofa nitente, in dorfo, ubi maturuere hiantes, fabaceum includunt femen è longo rotundum pellicula tenui, nigella, fplendenti involutum pulpa confans in viridem inclinata, umbilico filiquæ, in angulo extuberanti, duos in lobos dififum, adhærens. *Arenofis Ange-Caimal* vicinis, aliifque ut in infula *Zeylon Paniture*, & *Alicanpratis*, abundantiffime prodit. Florifera Augufto, Decembri vero, nonnunquam bis in anno maturos fert fructus. Ceterum è nimio rigentibus frigore membrif motum reftituunt contufi fructus; quorum è lobis exprimi-


tur oleum aphthis convenientissimum. Folia in balnei formam decocta tumoris resolvunt ædematosos; incantatisque succurrunt hominibus; quod idem præstat ex aqua orizæ contrita radix, alias oleorum inserviens coctioni.

TAB. XXIV.

Fructus atque semen hujus *Perin-Curigil* videtur quodammodo convenire cum XII, exoticorum fructuum speciebus, de quibus Clusius in *Exotic.* L. 2. C. 16. cæterum de hac arbore nulla fit apud ullos auctores mentio.



KARIN.



Karin-Tagera Lat.

കരിങ്കരകുറ Mal.

Titi

तीटि

Bra.

فخارين طصعائ Arab.

KARIN-TAGERA.

TAB. XXV.



Uæ *Karin-Tagera* nomine Malabarenfibus, *Titi* ac *Ebormo* Brachmanibus, *Tagera dimato* Lusitanis, *Wild Glidhout* Belgis audit, humilis, corylo simillima, species *Tageræ* Tab. LII. & LIII. voluminis secundi descriptæ habetur, quacum etiam quod ad *folia* plane convenit, excepto quod hujus rotundis oris leviter sinuatis sint. *Flores* papilionacei, difformes candidi, tetraphylli apparent. *Siliqua*, cum ceterarum rectæ sint, hæ incurvatæ fabas furvas nitentes continent. Montosis locis in *Candenate* aliisque regionibus familiaris est, semper virentium habetur in numero. Usus plane ignotus nisi quod è radice paratum oleum capillorum resistat profluvio.

TAB. XXV.

Hæc est secunda *Tageræ* species ut prodit Auctor noster. Itaque Lectorem ad notas nostras in secundum tomum remittimus, solummodo dicemus in duabus hisce speciebus magnam esse formæ differentiam quare quoque hæc *Karin-Tagera* habetur e-
 jusdem cum aliis speciei sylvestris. Omnesque hæc *Tageræ* species videntur ejusdem generis, cum *Uxana* Pauli Ammani in *Charactere plantarum*. F. 443.



Padri Lat.
 ۲۵ ک و Mal.
 Padri
 पाद्दा Bra.
 پادری Arab.



23

P A D R I

TAB. XXVI.



P *Adri* Malabarenfibus, *Bovatti* item *Padri* Brachmanis, *Favas da Cobre* Lufitanis, *Adderbonen* Belgis denominatæ arbori, decem hominum altitudo est, crassities unius; *Rami* teneriores virides ligno albino, fimilique medulla, circa medium flavâ, constant. *Radix*, cortex, folia, fructus plane infipida, atque inodora. *Folia* è rotunda basi acuminata, spiffa, mollia, prona superficie dilutiora, fupina fufca, (ubi venarum porcis, medianâ lignofâ è costâ aliquot numero diductis striantur) gemella ubique, pedunculis è spadiceo nigris, communibus cubitum propemodum longis, spadiceis quoque, geniculatifque adhærent furculis. Aft propriis furculis, plures ordine geminato, tenuibus petiolis adfiguntur perfecti *flores* lutei, cariophyllos imitantes, quinis, e calyce subruſſo prodeuntes foliis, circa oras, ubi pallent, crispatis, venulas in adverſo latere habentibus, lanugine cana ac molli obductis. Quatuor iis tenuia, candida, longioribus croceis inſtrata apicibus ſtamina ſunt; *Stilus* paullo eminentior è viridi albens, circa imam craſſior, ſupremam ſtrictior partem. E floribus prognatæ *Siliqua* è longo anguſtæ, longitudinis trium ſpithamarum, quadratæ ſunt, angulis ipſis acutis eminentibus, contortæ, cortice è fuſco nitente, maculis interſperſo, ſubſtantia duro, filamentis intus per textu ligneis. *Semina* ipſa oblonga lignoſaque ſunt; infipida, odoris exfortia. Montoſis frequens locis in *Teckencon*, *Calicolang*, aliisſque Provinciis exſurgit. Floret Januario, fructus leguntur Aprili, Majoque. Longæva in præceſſam excreſcit altitudinem. Si

medicum spectes usum, viscerum rigorem intolerabilem dispellit foliorum decoctum. Limonis hujusque commixti succi medentur mania. Corticis vero succus, cum fructu Peræ subactus, immodicum inhibet fluxum menstruum. Radicis cutis cum calamo aromatico, zinzibere contrita, foliorumque Padri succo admixta exhibetur morsis à putrefaciente colubro, Malabarensis *Polenga* dicto.

TAB. XXIII.

De hac arbore parum mihi satis faciunt auctores, nisi istæ forent siliquæ, quas describit Clusius *ris Lobi*, verum nulla certitudo dari potest, cum imperfecta sit descriptio.
Exot. L. III. C. XVII. Sub nomine *quadrangula*



KEDAN-



Kedangu Lat.
കെടങ്ങ Mal.
Kananga
കനം Bra.
كناغة Arab.

KEDANGU.

TAB. XXVII.



Alabarensibus *Kedangu*, Brachmanis *Kenanga* Lusitanis, *Fruita d'Agarao*, Belgis *Spinnekoppen* dictus, duos homines altitudine æquans frutex est, trunco crasso semipedali, ligno candente, medulla vero viridi, libro, ubi ficcus est, cinereo, intus virente. *Rami* autem cortice glabro nitente, venis rubentibus striato, teneriores, hirsuto obducuntur. *Radix* perquam fibrosa in transversum diffunditur. *Folia* tenuia, lenia, è longo angusta, pollicem longa, antè rotunda, supina parte fusca, pronâ vero dilutiora, hirsuta ubi talis quoque in cuspidem exiens multipliciter divisa costa conspicitur; *Tsjapangam* modo communibus furculis adhærent, decessoque jam die collabuntur: sapor iis subadstringens. In odori, flavi, papilionacei, plures ex uno prorumpunt petiolo *flores* tetrapetali; quorum unum exterius internigrans, interius flavescens solum est; duo vero angustiora atque erecta flavo colore fatura, quartum è viridi atque albido nitens, sunt. *Stilus* ex albo nitens & circa medium inflexus in novem filamenta subflavis apicibus dotata finditur. *Siliqua* spithama longiores quamvis angustissimæ valdeque contortæ, dura ac spinosa cuspidem donatæ virides primò languidæque sunt, feminalibus loculis, ab interiori cartilaginea contracta pelle productis, septimentafeminum efficientibus, protuberantes; ast veterascensibus iis evanescent ac subsident extuberantiæ, ipsæ vero siliquæ elongantur, rigidaque incurvatura inflectuntur. *Fabæ* primum è viridi nitentes, exsiccatæ perquam parvæ sunt; coloris è cinereo fusci nitentis; saporis nullius.

vel plane sylvestris. Natale solum diligit limosum udumque, ad urbem *Cochin, Nari*, aliisque frequens est locis; Florens mense Martio, fructus Decembri leguntur. Vires si spectemus, cum proxime descripta arbore conveniunt; teneriores tamen filiquæ calefaciunt intestina. Confectum balneum è foliis, omnes discutit tumores. Epileptici, aphthisque laborantes pueri, florum succo facillime curantur.

T A B. XXVII.

Arbor hæc habenda est *Coluteæ* species; ideoque nobis vocata *Colutea Siliquosa Malabariensis*.





Alpami Lat.
අමපා Mal.
අමපා Bra.
حبل الله Arab.

A L P A M.

TAB. XXVIII.



Alabaræi *Alpam*, Brachmæ *Apama* item *Pahiora*, Lusitani *Fruita Tirilha*, Batavi *Manerik* vocant fruticem, cujus caudex nonnunquam bis terve divisus, cortice vestitur è cinereo viridi, inodoro, acido adstringentique. *Rami* ligno albicante, medulla viridi perfosso, nodis interstincti sunt. *Radix* rubra in capillaceas deducta fibras undique se diffundit. *Folia* ex oblongo angusta, in cuspidem exeuntia, superne saturo virore nitentia, inferne surdiora, costâ majori ramulosâ venis, nervisque intertexta, crassis, curtis interius planis, singula duntaxat adhærent petiolis. Odore sunt haud ingrato, sapore subacri. E purpureo nigelli, inodori, rotundis ac tenuissimis è petiolis prorumpunt *flores* bini ternive sæpe conjuncti, tribus latioribus cuspidatis constantes foliolis, externe niveis obductis pilis; quorum in medio conspicitur trifariam oblongis, transversis, rubris staminibus, divisus stylus. Floribus cuspidatæ teretesque pulpam carnosam absque feminibus conspicuis saltem, continentes, subcrescunt *siliquæ*. Locis delectatur arenosis & apricis. In *Aregatti* & *Mondabelle* aliisque locis copiosus est. Flores fructusque in anni tam exordio quam exordio, frondes semper apparent. Quodcunque hujus fruticis cum oleo in unguentum redegeris ad pforam, vetustissimaque valet ulcera. Foliorum succus cum calamo aromatico contra serpentium exhibetur venenum. Speciaticim vero reguli serpentis (Cobra Capella) veneno resistit radix ex limonis contrita succo, in nodulum ligata,

naribusque pro errhino immissa. Eiusdem junioris colubri infringitur virus eadem radice cum vaccino lacte propinata: quem in finem etiam cataplasmata è calamo aromatico atque hac radice confecta adhibentur.


TAB. XXVIII.

Siliqua hujus arboris valde parvis feminibus repleta est.



MALAY

Nir-Pongelion Lat.
വിരളിയിലി Mal.
Sinqi
सिङ्गी Bra.
ناز پانگلیام Arab.



N I I R - P O N G E L I O N .

TAB. XXIX.



*N*ir-Pongelion Malabarensibus, Singi Brachmanis, Cornos dos diabos Lusitanis, Bockshoorn Belgis appellitata arbos, Pyri haud abfimilis, caudice decem plus minus pedes alto, hominis unius complexum crasso, cortice è viridi cinericeo obducto, ramos habet patulos, qui teneriores spadicei, internigrantes sunt, vetustiores cinerei. Radicis villosissimæ tam lignum, quam graveolens acidusque cortex albicant. Folia mollia, densa, glabra, nitentia subtus dilutiora, oblonga, prope pedunculum rotundiora, anterius acuminata, bina opposita, curtis, fuscisque pediculis, communibus innituntur furculis, viridibus, alternatim prodeuntibus, sulco striatis. Purpurei coloris eminent costa oblique percurrit folia, quæ odoris saporisque valde sunt acris atque infesti, ubi tenuiora è spadiceo rubentia. Flores in ramorum summitatibus provenire soliti, ut plurimum propriis pediculis, crassis, parumper propendentibus insistent terni tubæ formam referentes; quippe è calyce longo, angustoque collo prorumpentes, latum in orificium tetraphyllon desinunt; folia crassiola, carnosæ, circa oras crispantur: hæc inter stamina candidissima, spissa, acuminata, leviterque inflexa eminent. Ex ipso autem umbilico albicante erigit se elongus candens stylus, cujus caput explanatum est. Insequentes floribus fructus instar cassiæ nigrae, contortæ, mucronatæ, unum duosve cubitos longæ, siliquæ sunt, cortice ab uno latere è rubro nigricante, ab altero è viridi fusco, lignosis intus filamentis pertexto, odore graveolenti; hæc carnosæ densoque juxta longitudinem

dinem intercepto in quatuor mox transversim in plures divisæ cellulas, femina includunt è longo angusta, superficie qua sibi mutuo incumbunt, valde plana, materie duriora, lignosa, primum albidula, ubi ficcescunt rubentia. Humido limosoque gaudens loco, *Oedampere* aliisque locis in fruticetis invenitur. Flores mense Aprili sequentibusque, nonnunquam bis in anno prodeunt, fructus Septembri Martiove mensibus. Semper virens triginta complet annos. Fructibus delectantur psittaci: è ramis radiceque confecta retia, corticis decocto sububro, ea conservare assuevere piscatores. Fructus vero nucleus cum exsiccato zinzibere, radice fructive Pavetæ contritus, mediante orisæ lotura, spasmodicis affectibus Malabaræi *Padda venera* vocant, laboranti parti, applicandum, egregium linimentum suppeditat.

TAB. XXIX.

Flos Nyr-Porgelionis Daturæ est formam referens floris Monopetali.



Isora-Murriz. Lat.
ഇമ്പാഴുവ Mal.
بنهره مولي Arab.



00000

ISORA - MURRI.

TAB. XXX.



Uem Malabaræi *Isora-Murri*, Brachmæ *Tan-
nini*, Lusitani *Pao de chanco*, Belgæ *Schroefboonen*
nominant fruticem, pruni altitudinem æ-
quat. *Ramis* est cortice crasso, duro, colo-
re cinereo, intus virenti, sapore sub ama-
ro obductis, ligno duro, candidoque. *Ra-
dix* flava, gustu amara, olfactu haud ingrata. *Folia* crassio-
ra, rigida, supina parte hirsuta, aspera, mori æmula,
lata, per ambitum crenata, vel plura, vel solitaria, bre-
vibus capillatisque pediculis è viridi fuscis, ipsis ramis in-
sistunt; costæ utrimque eminentes, tres quatuorve è pe-
tiolo prodeuntes, in minores se diffundunt, gustu ama-
ricant. *Flores*, hinc inde ramorum è nodulis vel singuli,
vel bini, vel terni pluresve simul brevioribus, rigidis,
scabris, luteis pediculis, erumpunt, inodori, tenuibus
& translucidis, colore aureis, constantes foliis; horum
unum stylo accumbens erigitur petalum, quatuor vero
lateralium instar alarum expansorum, duo minora angu-
stiorave oblique attolluntur, duo inferiora latiora atque
ampliora, subtus atris aspersa maculis, deorsum incur-
vantur. Hæc inter aureolum, aut inflexum, virescens
procerior stylus extollit caput. *Fructus* autem styli capitu-
lo transversi velut pedunculo inhærent digitales, è sex
velut funiculis, in quos præ siccitate postea se resolvunt,
spirali modo in coniformam contorti. Semina plura è vi-
ridi fusca funiculis singulis inclusa continentur. Arenosis
proveniens locis, singulare non postulat solum; conspi-
citur inter *Cranganoor* & *Mangatti* ut in aliis regionibus sed ra-
rior. Februario Sextilique mensibus flores, continuo

fere maturum exhibet semen. Frondes ei nunquam decidunt. Vires autem egregias in empyemate stomachique affectibus præstat radicis succus, vel ipsa forinfecus adhibita. In exanthemate, quoque & paneritio similibusque vitiis summopere conducere fertur.

T A B. XXX.

Zanonius 13. Cap. *Historiæ Botanice* de hac arbore videtur in suo catalogo indicare nomine *Iger-Murri*; Verum autumo malam orthographiam solummodo hoc discrimen causare.



Kandel



Kandel Lat.

കറള Mal.

Candelo

കാടുക Bra.

قناز صهل Arab.



C A N D E L.

TAB. XXXI. & XXXII.



Candel Malabarenfibus, *Candalo* Brachmani-
bus, *Paõ Salgado Macho* Lusitanis, *Runboom*, &
Kandele Batavis dictus, frutex hominis im-
plet complexum, tantoque numero no-
vos è flagellis prono pondere deflexis, ter-
ræque superficiei dumtaxat leviter infertis,
velut stolones erumpentes, emittit stipites, ut ipsam ma-
trem difficillime queas invenire. *Ramorum* geniculorum
lignum intus duritiæ firmæ, cortex cinericeus, intus
rubens, exterius fuscus est. Ipsi autem rami ut & furculi
in conum fastigiati, folioso involucro tenerum germen
involve in superiori parte foliis abundant, inferiori
destituuntur. *Folia* gemella, ordine decussato, petiolis,
longiusculis, è viridi dilutis, interius carinatis, longa,
aculeata, densa, solida, superficie utraque præplana
glabraque virore in recta parte pene fusco nitenti, in ad-
versa dilutiore, in geniculis prodeunt: costa media crassa,
in pronâ solummodo eminent multas subtiles venulas in-
tus ipsum folium subeuntes, externe haud conspicuas, re-
lictæ ad marginem limbulo, parallelo ductu aut obliquo
anteriora versus decurrentes, producit. Sapor sylvestris
& adstringens. *Flores* rosæ proximi è flavo rubicundi, duo-
decim petalis rigidioribus, oblongis, erectis, introrsum
quodammodo contractis, ac duabus cuspidibus antè
eminentibus, ut & filamentis è croceo infuscum vergen-
tibus constantes, in foliorum exortu prorumpunt. Plu-
rima vero in medio stamina longis elatisque apicibus è ru-
fo albicantibus, capitata conspiciuntur. Insuper languide
albens stylus ex umbilico exurgens. Eorum calix oblon-
gus in duodena angustiora, acuminata, crassa, rigida di-

visus folia, ex parte viridis, ex parte rosaceus externe, interne exalbicans est. Gemmæ vero elongæ, cuspidatæ duo stamina intra foliorum unguiculos recondita, si diviseris exhibent. Deciduis floribus succrescunt *fructus* spithamam longi, pollicem crassi, rotundi, clementer in acumen exeuntes, prope calicem crassiores, cortice spisso, & subfusco, carne intus alba ac lignosa, quodammodo fungosa, medulla intermedia rubra; si, quod facile fit, frangas, intus vides pilis eminentibus levissimis candidis obsitos, germen velut furculum foliaceum viridem continentes. Hi si in terram arenosam decidant ut cuspidis inhæreat, aculeo in commissura soluto, mox radices agunt & in plantam adolefcunt. Terra falsa & arenosa huic generi arborum apta, unde in ripis falsorum lacuum, fluviorum, ceterisque locis paludosis, præsertim *Cochin* frequens est. à bimatu fert maxima anni parte fructus, flores autem semper, quinquagenaria moritur. Radices lineorum inserviunt tincturis, ut folia agrorum stercorati. Cortex, quo utuntur coriarii & lotrices ad vestes purgandas, si ex oleo teratur donec crassitudo fordium fiat, illitu finit artuum lassitudines. At lacte & butyro recente exceptus, opitulatur ex hepate albo (ut vulgus loqui amat) læsis; si applicetur.



Kari Kandel Lat.
 കരി കണ്ടൽ Mal.
 Sabo-Candelo
 कारुकासा Bra.
 قنار قنار Arab.



KARII-KANDEL seu KANIL-KANDEL.

TAB. XXXIII.



Uæ nomine, *Karii-Kandel* seu *Kanil-Kandel* apud Malabarenfes, *Savo Candalo* Brachmas, *Salgeira Sativo* Lusitanos, *Tamme Runboon* Belgas venit arbuscula, mox descriptarum species est, iiscum plane conveniens, nisi quod altitudine ternos superet homines, neque in tot dividatur stipites. *Folia* figurâ prorsus eadem, ast longe minora, adeo ut quatuor aut quinque demum pollicum sint, petiolis minoribus imponuntur. *Flores*, è calyce octo laciniis, quæ remanentes, se retro flectunt, prædito, candidi, supra foliorum exortus terni, ramis bini pediculo innixi prodeunt, octo etiam habentes acuminata petala, *stamina* exalbida, rubris exornata apicibus. *Fructus* autem ut in proximis per omnia iidem, excepto quod digiti minoris latitudine crassitieque sint, teneriores cortice viridi, vetustiores è rubro cærulei. Loca uliginosa valde desiderat, frequens ideoque in *Portea* aliisque locis. Annotina fructifera fertur, ut & quinquaginta implere annos. Decidui fructus, ut in *Candel* eodem modo se irradiant: teneriores in eduliis sunt, Caril in sole exsiccati etiam cum nucis nucleo eduntur. Cortex autem in fero lactis decoctus intestinorum tormina, dolores, flatuque, tollit. Huic ut & fructibus affusus *Beladambu* succus, oleum *Marotti* in vulnerarium unguentum coquantur. Eidem si cortices minutulæ nucis Indicæ ac viridi-arescæ fructui additi, contritique ex aqua decoquantur pura, aphthis, si os ea eluatur sæpius, medentur.

Pee-Kandel
ಎ ಪ ಕಾ ರ ಣ ರ
Candelo
ಕಾ ದ ವ
بجز في زيبان



P E E - K A N D E L.

TAB. XXXIV.



Uam *Pee-Kandel* Malabarenfes , *Ala candalo* Bragmanes , *Salgeira Mainato* Lufitani, *Wilde Runboom* Belgæ vocant, proxime descriptarum species , pluribus stipitibus fruticescens, trium hominum longitudine est. *Folia*, quæ ni majora, crassioraque essent, mox enarratarum poterant videri, pronâ parte dilutiora, internigrantia, crassis, è viridi albicantibus appendentia pedunculis, costâ perquam crassa, atque eminente donantur. Sapor sylvestris atque adstringens. *Flores*, è calyce crasso, rigido, quater infecto, bini & bini erumpentes, candidi, postea tamen rubescentes, curto rubenteque pediolo, communi virenti inferuntur; constant hi quatuor ex oblongo angustis, cuspidatis, circa oras lanuginosis hirsutisque petalis, in calyce farina alba quasi conspersis. Apicibus vero duodecim, decem, novem, rarissime undecim, elevatis, acuminatis, luteis, brevissimis staminulis insistentibus, medium una cum globulo fætus primordium continente occupantibus. Odor quamvis debilis non equidem ingratus. *Fructus* oblongiores cæteris, longitudine enim duas vel saltem sesqui spithamam excedunt, crassioresque sunt, præsertim circa apicem leviter fastigiatum. Teneriores virent, dein una ex parte cortice rubescente, capitulo crasso, oblongo, angustoque sunt collo, cui mediante articulatione fructus alligantur, intra orificium suum furculum foliaceum, exiguum, aculeatum, rubrum, qui ex fructus procedit umbilico, recondentes. Eodem modo, ut in aliis *Candel*, decidui fructus se solo irradicant. Ad *Cochin* ac *Cranganoor* copiosa est. Vires ususque cum proximè descripta coincidunt.



Tsjerri Kandel Lat.
 റെടേറോസം Mal.
Candelo
 कदक Bra.
 جَهْرُو قاندهل Arab.

T S J E R O U - K A N D E L.

T A B. XXXV.



Sjerou-Kandel Malabaræi, *Maha-Candalo* Brachmanes, *Salgeira Mayor* Lusitani, *Water Runboom* Belgis dictæ, intra septem pedes consistit longitudo. *Folia* gemina opposita, brevibus pedunculis inhærent plane quod ad texturam eadem, nisi quod longiora, orifque sint rotundis. *Floris* exalbidi quina, petila, crassa, rigidiuscula, stellæ in modum expanduntur folia, quorum ex interstitiis numerosa, nivea, productiora fuscis capitibus nodulata, filamentis crispis & candentibus concomitata, erumpunt stamina, quibus adest bifidus candens stilus. Odor non ingratus sed debilior est. *Fructus* sunt simillimi *Pee-Candel*. Salsa petit loca aquosaque. In *Paroe* aliisque locis plurima est. Lignum combustioni inservit; cortex vero cum exsiccato zinzibere aut pipere longo, *tripali* vocant indigenæ, & aqua rosarum contritus, diabeten curat.



Pou-Kandel Lat.

കടലാസ് Mal.

Candelò

कादळ Bra.

بجوفان رضيمه Arab.



P O U - K A N D E L .

TAB. XXXVI.



*P*ou-Kandel Malabarenfes, *Siri-Candelo* Brachmani, *Salgeira Fermea* Lufitani, *Kleyne Runboom* Belgæ dicunt, priorum fimillima, altitudine duorum hominum est, paucioribus stirpibus è radice protuberans. *Folia* cum singula, tum gemina, rubris brevibusque adnata petiolis, cæterorum formam & texturam habent, excepto quod oris plane sint rotundis. *Flores* præ cæteris teneri, candicantes, pentapetali, conjunctim è pedusculis gracilibus è viridi dilutis, dependent, foliis retro se flectentibus. *Stamina* quina, candida, apicibus grandiusculis, ex albo cinereis, striatis parumper & intortis, una cum stylo niveo, acuto, prodeunt. Ob gratissimum odorem plaris veneunt. *Fructus* combinati, eandem cum cæteris habent formam, quamvis paullo sunt minores leviterque incurvati, & in acumen desinentes. Per totum Malabaricum regnum copiose provenit; frutici longævo semper flores sunt, quibus gentiles, *Corinbins* dicti, exornantur. Medicos non habet usus.



Kada-Kandil Lat.
കനക്കരണ്ടു Mal.
قنطرة قنطرة Arab.



K A D A - K A N D E L.

TAB. XXXVII.



Ara-Kandel Malabarensibus, *Tara-Candelo* Brachmanibus, *Salgeira falza* Lusitanis, *Bastert Runboom* Belgis dictus frutex, ramos habet è fusco atros. *Folia* crassa, glabra, oblonga, antè leviter sinuosa, rariusque incisa, alternatim ramos ambientia, costa media, nullas conspicuas fundente venas, subtus obducuntur. *Flores* quaternorum quinorumve foliolorum, candidi, hyacinthino more, propriis innitentes furculis, stamina quinque albula, rufis donata capitibus, è foliorum interstitiis erumpentia, & stylum habent viridiusculum. Floribus insequentes deciduis virides, oblongi, fructus sunt, utrimque perplani, duri, filamentis ligneis pertexti, virentem habentes medullam, in flore vero calices constituentes. *Arenosum* diligit solum. Circa *Waropoli*, quamvis & aliis in locis, multa est. Ignotarum habetur virium.

TAB. 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37.

Omnes arbores ab auctore nomine *Kandel* descriptæ, longe à se invicem differunt; Zanonius Cap. 13. loquitur de diversis speciebus, nomine *Kandel Kandel-beris*, & *Kandel species altera* &c.



Aina Paretli Mal.
Rosa de Sina Portug
Madjani Bra.
मद्यपाने



Alina Pavetti



Marcellus Sparver in. fecit.

J. Appelman Sculpsit.

Hina Paretti



Lina-Paretti



Lina Paretti



H I N A P A R E T I.

TAB. XXXVIII, XXXIX, XL, XLI, XLII.



Arbustula à Malabarenfibus *Hina Pareti*, Brachmis *Madjani*, Lusitanis *Rosa de China*, Belgis *Sineefche Roseboom* vocata, tam accurate à Joanne Baptista Ferrario Lib. IV. quos de Hortorum cultura reliquit, describitur, ut nihil superaddi queat, quapropter ejusdem verba subjecimus. *Radix*, albida, *inquit*, lignosa, numerosis implexisque fibris ad summam usque tellurem capillata, ramofo divortio simul una & multiplex, præpofteri fitus arborem subterraneam, ejusque, quam parit ac sustinet, similem congeminat. Ab radice caudex pallidus simplex, & lævis frequentibus subinde distinctus oculis connivet, quibus gemmaret in ramulos, nisi cultrix vigilantia cæcatum in teretem proceritatem educeret. Ubi truncus desinit, concolores frondentesque rami, virgea prolixitudine sublimiter lateque porrecti, una nemus arbore faciunt. Caudicis ramorumque materies instar ficulnæ candida & carnosâ modice durefcit. *Folia* magnitudine pampineis, asperitate ficulneis, figura utrisque, aut potius hederaceis angulosis consimilia, sed tamen crenata, in ipsa rotunditate, angulos & sinus habent: superiore parte herbido virent colore, inferiore candicant: ramosis utrimque nervis ac venis ex viridi pallentibus distinguuntur, sua ipsa utrinque lanugine asperantur: asperis itidem, crassis, prælongis, ac sæpe palmaribus, primo virentibus, tum superiore parte pediculis subrubentibus nituntur: & raris intervallis disposita sic racemos fere conveftiunt, ut bina invicem opponantur, alio deinde bina, qui priori contrarius fit, sejungantur oppositu: atque ita geminatione alterna ordo foliorum decuffetur. Ve-

rum; ut ingenita foliis asperitas minuta non manibus modo, sed oculis quoque contrectata exploratissima esset; lynceum exploratorem, nempe microscopium, sive conspiciendum tubulatum consulimus, quod ab ima parte suffultum ad breve intervallum subdita corpuscula, ingentem in molem amplificata, suisque distincte partibus coagmentata, superne intuentibus demonstrat. Hoc igitur monstrante, in parte folii supina majusculorum nervorum pulvini & mediocriter virides, & albicantibus tanquam stellulis incomposite distincti visuntur. Reliqua vero area inæquales & multiformes in areolas, alba humilique lanugine opertas, & rufis atque eminulis, velut lenticularibus verruculis asperfas, angustis quoque ac virentibus mæandris, tenuioribus nimirum venis sive fibris interstinctas extenditur. Sed pronæ partis torosi nervuli diluta in viriditate candore simili stellati sunt; & reliquum folium pariter lanuginosum ac verrucosum est. Pediculus quoque subviridis, brevique lanugine hirsutus, cum albida, tum subrubicunda scabritie exasperatur. Ab æquinoctio verno in germina oculi turgent. Convoluta foliola primum apparent, quibus paulatim sese tum explicantibus tum amplificantibus virgei subeunt ramuli, assiduo partu, dum adolescunt & roborascunt, è gemmis folia trudentes. Quin etiam non raro fit, ut ex eadem gemma fraterculus folio ramusculus adnascatur. Sic toto ferme anno foliorum ramorumque perpetuo proventu ad hibernum usque solstitium Rosa Sinica silvescit. Atque hoc tandem tempore, cum contra frigora oportuit esse vestitissimam, foliis subinde dilabentibus nuda hiemat: ac, nisi loci situ aut artis ope protegatur, facile gelu aduritur, atque etiam interit. Quod si clementior bruma prætepeat, vixdum veteribus amissis, novarum in frondium præproperum gemmat ornatum. Tertio à satione anno florere cæpit. Quamquam, difficili jam ingenio mitigato, bima præflorebit. Ea *floris* initia progressusque sunt. Septembri mense per autumnæ æquinoctium è pusillis cum foliis, tum
floreis

floreis alabastris confusæ paniculæ existunt: mox, incremento singula discriminante, calyces complusculi, seni plerumque vel octoni, modicis suffulti petiolis intelliguntur, quorum calycum plerique summis è ramis, pauciores proximis è gemmis cum præviis frondibus una eminent. Forma illis nondum oscitantibus globosa, quinis compactilis & quasi cristata eminulis commissuris, quæ medios circum alabastris inchoatæ acuta coitione fastigiantur in summo. Color iisdem alabastris ab ea parte, qua pediculis insident, ad imas usque commissuras viridis, inde ad summas ex viridi rubens. Pediculi, qua præsertim parte supini solem aspiciunt, subrubicundi; quia calycibus adnectuntur, crassiores, tandem panduntur foliaceas in stellas, octonis denisque virentibus, iisque planis radiis rosarum calyces excepturas. Nam peregrinæ formositatis flori stellæ ipsæ famulare gestiunt in obsequium subjacere. Ubi ferme ad nucis juglandis magnitudinem isti extumescere papillati corymbi in lacteum florem extimis foliis, intimorumque nonnullorum oris subrubentibus, avare dehiscunt. Mox totam sese pandit ad Batavæ rosæ amplitudinem, repando calyci, sæpius quinque partito, & in pateræ formam nonnihil sinuoso insidens varia, serie foliorum ramulosis rugis crispantium speciosa, triplicisque coloris vicissitudine speciosior Sinensis rosa, florum Vertumnus, hortense miraculum. Rosa hæc primo lactea decenter nascitur: decet enim floris infantiam lac. Albo deinde rubroque temperatis coloribus, in oris humani formosam temperiem transformatur, ut hominibus charissima sit, quibus concolor est. Tandem candido vultu paulo ante nata, purpureo moritur, ut pavide morientibus exprobraret iracundo rubore pallorem. Nostrate tamen sub cælo, ut pote minus, quam Indicum sit, propitio eadem rosa dilutiore purpura coloratur. In patrio Indiæ solo una die, quam unicam vivit, hæc veluti florum dies matutino cum meridiano ardore flammeola est, cum luce noctescente purpurat: ut, quando unum ægrenom

vum colorem in pluribus flosculis longo tempore ars æmula elaborat, admirandas triplicis coloris in uno flore vi-ces properare unius esse dieculæ sibi minime laboriosum ludum victrix natura significet. At vero nostratibus in hortis hospes biduo triduove vivax diuturniorem flore miraculi copiam facit, ut cumlatiorem hospitii gratiam lento sui spectaculo rependat. Quamquam utrobique monet è candido mox purpureus flos, ab ingenuo candore facilem esse transitum ad purpuram. Floris autem jam purpurea folia, ut poma solent, ad maturitatis indicium (debet enim maxime purpuram maturitas) humore tenuissimo evanescente, non nihil connivent & corrugantur; donec tristius infuscata, penitusque contracta deflorescant. Amoenissimæ spectaculum voluptatis est, alieno tempore sic vernare arbusculam, ut coloribus multis quadruplicem anni faciem simul expingat, dum flos alius niveus nivofam hiemem, alius flammeus igneam æstatem, purpureus alius maturum autumnum, alii medio qua vitæ qua colorum transitu varii varie coloratum ver, universi denique singulique versi colores tempestatum omnium vicissitudinum intra tempus brevissimum colorant. Hactenus Ferrarius, è quo dum descriptio nostris tabulis non fuerit addita, cetera peti possunt debentque. Continuo frondens ac florifera in hortis solummodo colitur, delectaturque frequente irrigatione & putatione.

TAB. XXXVIII, XXXIX, XL, XLI, XLII.

Rosa Sinensis, aliis Chinenfis Malvæ, seu Althææ arboreæ species neutiquam ad Rosas pertinet, siquidem omnes notæ characteristicæ indicant genus esse malvæ seu Althææ quamobrem doctissimo Morisoni (Histor. Oxoniens. p. 530) rectissime vocatur *Althæa Rosea Sinensis*. Ad Tab. XXI i partis secundæ hujusce Horti Malabarici notavi *Schem-pariti* esse

speciem *Rosæ Sinensis Ferrarii* non vero eandem, quod nonnulli putavere. A° cDCLXXXIV. in horto Amstelædamensi Medico quasdam Althæas Roseas Sinenses, ad sex septemve pedes adultas conspexi; quarum semen sub nomine *Rosæ Brasiliensis* mihi ex Brasilia, ubi frequentissimæ sunt, fuit missum.



Ain-Pariti Lat.
 ഏതെൻ പാർതി Mal.
Defura
 दोरुण Bra.
 عنبقار عظيم Arab.

Faint handwritten notes in the upper left corner, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

AIN-PARITI.

TAB. XLIII.



Alabarenfibus *Ain-Pariti*, Brachmanibus *Desura* & *Kaprasila*, Lusitanis *Futa do Sapato Macho*, Belgis *Enkelde Schoenroos* nominatus frutex plane *Bem-pariti* similis est, & non nisi arte aut cultura in arborem adolescit. *Flos* tamen simplex coccinei intense rutilantis coloris, in eo differt, quod quinis constat petalis latioribus, rotundis, & crispis, circa unguiculos rubenti macula conspersis. In quinque pusilla, villosa filamenta, quæ capitulis è fusco gaudent purpureis, dispertitur subpurpureus stylus, qui in summitate multis staminulis, semilunatis apicibus exornatis, circumtegitur; infra vero si flos plenus fuerit, petalis interioribus. Ob florum gratiam per totam Indiam in hortis colitur. Estque longæva, & ubi octo vel decem annorum complevit ætatem, flos è simplici evadit plenus, quo ethnici utuntur in cæremoniis. Contrita folia atque ex aqua exhibita iis qui ex variolis febricitant, eorum copiosam inhibent eruptionem, præcordiorum temperant æstum, cum butyro nimium menstruorum fluxum; ex oleo cum foliis *Curu nulli* coacta, unguentum præstant vulneribus aptum. Ex florum gemmis decoctum mulieres reddit steriles. Ipsæ autem oculis illitæ ophthalmiam tollunt. At flores aperti recentefque ex butyro triti, aphthis mederi incolis dicuntur.

TAB. XLIII.

Ain pariti species est *Bempariti* vel *Schem-pariti* parte secunda Tab. xvii. descriptæ, solummodo differens quod hujus flores simplices, alterius duplices sint, ambæque referri debent ad *pariti* primo volumine descriptas, quo B. L. remittimus, sub-

ijcientes tantummodo hanc *Ain pariti* esse *Rosam Batawico-Indicam inodoram*, seu *malvæ frutescentem* Bon-tii, quem vide, *Histor. Natur. & Med. Ind. Orient.* Lib. vi. c. xlvi.



Narinam pouilli Sat.
 ० ५० ४ ५३ ५३ Mal.
 Ambetti
 आबटी Bra.
 نجف پورين Arab

N A R I N A M - P O U L L I

T A B. XLIV.



Arinam-Poulli Malabaræis, *Ambetti* Bragmis, *Eula Gafinhot* Lusitanis, *Krabbendoorn* Batavis nuncupatus frutex, rubi more luxuriat, cauliculis rubescentibus, spinis ejusdem coloris licet interalbicent, perquam acutis, ut *Intsia* Tab. i v. descripta, obsitis. *Folia* crassa, oblonga, in tres cuspidatas lacinias, quarum media protenditur, divisa, villosa, aspera, in oris ferrata sunt: horum ternæ senticosæ, è viridi rubentes costulæ in parte supina, ubi quoque protuberant, spinis carentes, in pronâ magis eminent. Novella hæc teneraque folia non inciduntur, ast in cuspidem exeunt, quæ quo vetustiora eo profundius infecantur. *Flores* ex albido flavescentes, petiolis qui juxta foliaceorum furculorum exortum prodeunt, adhærent triuncialibus: quinis constantes petalis, leviter crispatis, venis prominentibus striatis, maculis autem grandiusculis è rubicundo obscuris, quæ circa oras exterius transparent, interstinctis. Exsurgens spissus, rubicundusque stylus in ambitu staminulis rubris, quæ majuscula è croceo rubra habent capitula, circumdatur, & in summitate quinquies dividitur. Florem involvens perianthium quinquelaciniarum, pilis candidis, oblongis, rigidis asperum est; hocque decemelongi, angusti, pilosi, cubitali modo inflexi unguiculi coarctant. Odor ipsis nullus. Floribus deciduis *capsulæ* succrescunt *seminales* conicæ, pilis candidis villosæ, perianthii foliolis obtectæ, quæ siccescentes in quinque conceptacula sejunguntur; quorum in singulo femina intersepimento mediaestino inhærent. Fo-

liis ac floribus numquam denudatur. Per universum Malabar regnum in locis arenosis plurimus est. Folium hujus fruticis oculorum pterygio impositum, submovet. At ex foliis hisce, adjectis pipere, zinzibere, lacte, nucisque Indicæ succo, expressus liquor, resistit fluxionibus. Plantæ pedis æstus balneo ex radice parato facile discutitur.


TAB. XLIV.

Narinam pulli annumeratur generibus Alceæ unde & optime Alcea Indica spinosa magno flore ex albido flavescente, appellari potest.



BELOE

Beloeren Lat.
ဝေဗွေ **ဝေဗ** Mal.
Tapu-Kodo
တပကဒို Bra.
عقازة Arab.



B E L O E R E.

TAB. XLV.



Rutex *Beloere* Malabaræis, *Tapucodo* Brachmanibus, *Fruta Gargantilha* Lusitanis, *Lobhalsen* Batavis nuncupatus, altitudinis duorum triumve pedum est, ramorum è spadiceo fuscorum, lenioribus pilis hirsutorum. *Radix* ejus fibrosa. *Folia* verbasci mollitiem reddentia, tenuia equidem, è lato acuminata, quibus incisuræ sunt crebriores, longis pilosisque adhærentia pedunculis, ternas habent costas, frequentius subdivisas, in superiore duntaxat eminentes parte. Sapor subacris, odor haud plane ingratus. *Lutei flores*, inflexisque superne petiolis insistentes, qui *Catu-uren* possent videri ni paululum majores essent, quina habent petala è longo latiora, venis rectis striata: exsurgenti è medio stylo, multa sunt staminula tenuia, flava, ex umbilico autem geminis fructus virides erumpentes. Hisce succedunt capita feminalia, quinque virentibus circumsepta foliis, vertice plana, in frequentes, quæ, duo triave plana singulæ continent femina, capsulas feminales, primum rubentes dein nigricantes, linteï collaris (*Belgis een Lob*) more complicata seu carinata, pilisque obsita. Arenarum amans est; semper frondens & florifera. In *Ange Caimal*, uti & in hortis reperitur. Foliorum pulvis intestinis alienus est, hypercatharsin enim excitat facillime. Radix quæ olei inservit alias coctioni, si earundem facultatum ei addas herbas, lepræ prodest; contritum & calide assumptum semen citat alvum.

TAB. XLV.

Duobus proximis hisce annis cIō IōCLXXXIV. & cIō IōCLXXXV. ex semine in horto urbis Amstelædami Botanico, hancce plantam cultura produximus, sed postquam maturum reddidisset semen, evanuit, minime fruticescens. Species ha-

betur *Abutilon*; similisque describitur à Joachimo Camerario in Horto Medico, & Joanne Bauhino Tom. II. P. 111. Pag. 952. sub nomine *Abutilon Indicum*. At flores, leviter tamen differunt.



Kati-Beloeren
 കട്ടിതലയ്ക്കു വെ
 Daculo-Bonda-Calo
 पाकुलीतलकेला
 قحاطو و هالوون

KATU-BELOEREN.

TAB. XLVI.



U*i* *Katu-Beloeren* Malabarenfibus, *Daculo bonda* *calo* Brachmis, *Fruta bareto* Lusitanis, *Jesuite Mutsen* Belgis nuncupatur frutex, mox descriptæ *Beloere* stipite, ramis, radice, proxima est. *Folia* densa, mollia, in quinque divisa cuspides, per ambitum ferrata, petiolis longioribus & pilosis inhærent. Costa quæ tria præcipue habet brachia vix nova spargit. Viror in supina parte obscurus, in prona clarior est. Odor iis ac sapor nullus. *Flores* protentis pediculis innitentes, quin constant petalis, è longo rotundis, quæ è viridi diluto nonnihil flavent, uno in latere leniter sinuatis, venis in parte inferiori eminentibus, secundum longitudinem striatis, & rugis minoribus crispatis: horum ex umbilico assurgens stylus crassior & longior, coloris purpurei, staminulis circumdatur rubris, quæ gemmas habent ruffas, & in vertice bifariam dividitur in filamenta colore purpuram, lenitudine sericum referentia. Calix vero quinque foliorum juxta pedunculum septem, octo, sæpissime novem foliolis angustis succingitur. Floribus deciduis è perianthii medio enascuntur *capsule seminales* numero quinæ, planæ, pilosæ, nigricantes, in vertice eminentes; hæ propriis loculamentis femina trilatera quorum duo plana, tertium convexum, coloris è rubro nigricantis includunt. Arenoso lætatur solo. Neque flores, neque frondes umquam ei deficiunt. In *Angecaimal* frequens est. Radix olei butyrique infervit confectio: item ex ea conficiuntur globuli fonticulis non inutiliter immitendi: è foliis chirurgi, ut ipforum utar voce, lavamentum parant ulceribus ac erysipelati convenientissimum.

TAB. XLV.

Katu-Beloeren Alceæ accensetur generibus, sed indescripta quandoquidem hætenus planta sit, nihil de ea dicere potuimus.

Pars VI.

Qq

SJOUAN.

Tsjovanna-Amel-Podi Lat.
අවසානවන අවස්ථාව Mal.
شواضيء محمد بوري Arab.



SJOUANNA-AMELPODI.

TAB. XLVII.



Arbustula hæc Malabaræis *Sjouanna-Amelpodi*, Brachmis *Matavi-aloos*, Lusitanis *Talona*, Belgis *Nog liever* dicta, hominis assumit altitudinem; stipes ac rami cinerei sunt coloris. Radix fibrosa, cortice ruffo gustu amaricante vestita est. Folia quæ curtis, interiusque planis annectuntur pediculis, oblonga, aculeata, densa, folida, lenia, glabra, superne viroris nitentis obscuri, inferne clarioris, costam habent in supina parte paululum, in prona maxime eminentem, quæ laterales parallelas incurvatasque emittit minores. Flores perfecti, compositi & uniformes, furculorum albicantium cacumini brevibus petiolis insunt, constantes quinque petalis è longo rotundis, tenuibus, clementer cuspidatis, stellam situ æmulantibus, colore candidissimo: horum in collo pollicari, purpureo, in nodulum circa medium extuberante, quinque stamina flavis capitulis prædita, conspiciuntur; quæ comitatur stilius candiculus, viridi gemma exornatus. Florum vero gemmæ uti & calix in purpureum vergunt colorem. Odor iis deest. Floribus succedunt gemmæ ut plurimum & quasi in unam coalitæ *Baccæ*, rarius singulæ, calice arctissimè exceptæ, rotundæ, paululum oppido protentæ, primum virides & glabræ, sed ubi maturuere cortice sunt glabro ac nigredine nitenti, carne in cœruleum inclinata, ossicula duo plana & elonga, si coaluere, alias singulæ singula continentes. In ramulis umbellæ inferioribus fructus prodeunt dum superiores gemmis adhuc aut floribus exornantur. Estque ipsa umbella ob varietatem quod ad flores, gemmas, & fructus, visui gratissima. Mon-

tanis delectatur locis, provenitque in *Candenate & Mangetti*. Arbor ipsa omnibus horis baccifera est: aliæ enim maturescunt, aliæ turgescunt, aliæ florent. Hujus radix solummodo ad serpentium scorpionumque morsus valet.

TAB. XLVII.

Proximo ab hoc volumine pag. 65, 66, & 101. | *Amelpodi* videtur *Jasmino inodoro Baccifero* potius an-
plures plantæ sub nomine *Amelpodi* descriptæ sunt, | numeranda.
parum cum hac convenientes. Hæc vero *Sjouanna*



BELUT.

Bellitta-Amel-Podi Lat.
 വെളിച്ചമുകൾ Mal.
 Sa-Ameli Bra.
 بِلِّتَة أَمَلِ بَدِي Arab.



BELUTTA-AMELPODI.

TAB. XLVIII.



U*i* *Belutta-Amelpodi* Malabaræis, *Sa-ameli*
 Brachmanibus, *Marani* Lusitanis, *Groot liever*
 Belgis audit frutex, ramis est subviridibus.
Folia contrariis inter se pediculis, surculis
 innitentia gemina, è longo angusta, acu-
 minata, ad pedunculum quoque stricta,
 mollia, spissa, glabra, in superiore parte subviridia, &
 inferiore dilutiora sunt. Costa quam in recta etiam pro-
 minentem habent in plures dispertitur. Saporis expertia
 intus parum lactea sunt. *Flores* in surculorum summitate
 provenientes quina habent petala oblonga, candidissima,
 ab uno latere sinuata, ad unguiculos croceo colore leviter
 tineta. Odor ipsis nullus. Montanis gaudet locis; reperi-
 turque in *Teckencour* aliisque locis pluribus. Floribus exhi-
 laratur mense Julio & Augusto, frondibus semper, fru-
 ctibus vero numquam. Ex aqua, si usum roges medicum,
 contrita & assumpta radix serpentium occurrit moribus,
 si superimponas arthritidi.

TAB. XLIII.

Bellutta Amelpodi genus *Fasmimi Sylvestris* inodori est.

Tsjeru-Mullà L.

මල් පිඬු Mal.

جفترو مولاء Arab.



T S J E N I - M U L L A .

TAB. XLIX.



Sjeni-mulla Malabarenfibus, *Mamogari* Brachmis & Lusitanis & Belgis, quibus aliquando & *Mogari*, dictus frutex, ramusculos decussato ordine habet geminos, è spadiceo virescentes. *Folia* oblonga, acuminata, crassa, mollia licet, glabra, superne intense virentia, inferne dilutiora, utrimque nitentia, gemella pedunculis curtis inhærent, media eorum costâ viridi, supina in parte eminente. Sapor odorve nullus. Suavissimi odoris flores pentapetali, albi, quinisantheris grandiusculis erectis exornati conspiciuntur. Crescit in locis montanis ad *Calare* & *Perate* vidi. Usus hæctenus ignoratur.

TAB. XLIX.

Hæc *Jasmini Arabici* habetur genus.

Nälla-Mullä Sat.
 மல்லி Mal.
 Mogori Bra.
 نعلی سول Arab.



NALLA-MULLA.

TAB. L.



Rutex hic qui *Nalla-Mulla* Malabarenfibus, *Mogari* Brachmanis, *Fula Mogari* Lusitanis, Belgis dicitur *Moggari*, humi serpit, convulvi ad instar quævis objecta furculis rotundis, viridibus, lignosis, geniculatis, minutissimis & raris pilis obfritis, obvolvens.

Radix albicat. *Folia* latiora in cuspidem exeuntia, contextu solida, rigida, glabra, virore utrimque nitentia, numero bina, brevibus & crassis inhærent pedunculis. Intermedia costa venas è viridi flavescentes quaquaversum spergit frequentissimas. Odor ipsis nullus, sapor amarus est. Ex novies inciso calyce angustissimo, furculorum summitatibus innituntur ad tres numero aut plures, *flores* albissimi, septem, octove, sæpius & novem constantes petalis, parte anteriori strictioribus & inflexis. Stamina duo flavo apice dotata, una cum stylo parvo virenti eminent. Ipsi autem flores altero ab apertione die inarescentes rufescunt. Vespertino tempore ob gratissimum odorem in foro empti à mulieribus in corollas & varia ornamenta genera colligantur; quinimo ethnici in sacrificiis eos adhibere sunt consueti. Maxima anni parte florifera, per universam Indiam in hortis propter flores colitur. Fructus, vel raro, vel adultiore ætate demum ferre solet. Folia rosarum more distillant aquam, vel oleo infunduntur, quippe cum sint *Jasmini* species, gratissimum fundunt odorem. Hæc si vel sola vel cum radice oleo incocta exhibentur, a pepsiâ emendare dicuntur.

TAB. L.

Nalla-mulla est *Sambac Lesmin Arabicum* Prosp. Alpini de *Plant. Ægypt. Cap. XIX.* & *Syringa Arabica foliis mali aurantii.* Describitur à *Niwenhorio* in itinerario, sub nomine *Fula de Mogari*, vel *Muguri*, à

Javanis *Kombans Maleti*, à Chinesibus *Badiboa* vocata. Propagatur hæc apud nostrates sed difficillime, si *Jasmino* inferatur vulgari.

Pars VI.

V v

KUDDA.



Kudamulla Lat.
കുടമുല്ല Mal.
Doti-Mogeri
दोटीमोगरी Bra.
فحوضاء وواعج Arab.

K U D D A - M U L L A .

T A B. L I.




U*i* *Kudda-Mulla* Malabaræis, *Mecastri*, *Doti Mogari* Bragmanibus, *Rosa Mogori* Lusitanis, *Moggori Rosen* Belgis dictus est, convolvuli more unde & convolvulus domesticus dicitur, ramis suis in longitudinem mirabilem protensis, rotundis, ligno medullaque virente, & pilis brevibus obsitis, vicina corpora amplectitur. *Folia* plana, glabra, crassiora, virore utraque parte nitentia subobscuro, in obtusum desinentia, costis è viridi prædita eminentibus, pedunculis crassis, curtis, interius planis, ramis adhærent. *Flores* polypetali, candidi, flosculis hic illic intersparsis viridibus, ob gratissimum qualem & flores *Mulla* vulgo *Mogari* fundunt, avidissime expetuntur. Ufus & cultura ac *Nalla Mulla* eadem est. Rabidi canis morsus contrita & oleo frixa externe applicata folia sanant. Veneno serpentino radix cum calamo aromatico ex orizæ aqua decocta occurrit.

T A B. L I.

Planta hæc a proxime præcedenti nihil differt, nisi quod duplices sive plenos ferat flores.



Pitsjegam-Müllà Lit.
വിലകുഴലു Mal.
Sai
अडा Bra.
بيجيا قائم مولا Arab.



PITSJEGAM - MULLA.

TAB. LII.



Pitsjegam-Mulla, Malabarenfibus, *Sai* Brachmis, Lusitanis Batavisque *Jasmin*, itidem convolvulus, *ramis* est paullo firmioribus & vitis modo luxuriantibus. *Folia* è contrario sibi positis furculis in singulare folium latiusculum exeuntibus, innitentia, habet ter gemina, ceteris minora, parum elongata, in cuspidem angustam deducta. Eorum superficies glabra & plana est, adversa vero facies, costa eminente & in plurimas subtiles diducta venulas, dotatur. Sapor amarus, color è viridinitentior. *Flores* septem octove è calyce quinquies inciso, in cacumine furculorum prorumpunt quinque constantes petalis ex angusto patulis, nonnunquam ad oras purpurascens. *Gemmæ* oblongæ è purpureo albicanteque colore rubent. Inter Stamina bina, pusilla, albidula, flavescens ornata capitulis, stylus candidus oblongo apice albo erigitur. Odore fragrantissimo omnibus præstat speciebus. Arenarum amans in sylvis ad *Ambalacatti* non modo sed in hortis frequens est, semper folia habet uti & flores. Cortex cum foliis ex oleo butyroque coctus donec in his unguenti crassitudo fiat, ulceribus & abscessibus phagedænicis medetur.

TAB. LII.

Pitsjegam-mulla est *Jasminum humiliss* flore magno Bauhi. Pin. L X . Sect. II. vulgo *Jasminum Catalonicum* dictum: plurimum est in Hispania & Italia, aliisque regionibus, è quibus ad nos transvehitur atque ex iis oleum jasmini conficitur.

Katū-Pityegam-Mulla Lat.

കട്ടുപിടുകു Mal.

Rāna-Sai

गन्जाइ Bra.

قحاطون بيجافام Arab.



CATU PITSJEGAM-MULLA.

TAB. LIII.



Atu Pitsjegam-Mulla Malabarenfibus, *Nara Sai* Brachimis, *Iasmin damato* Lusitanis, *Wilde Iasmin* Belgis nuncupatus frutex, *Mulla* species & similis *Nalla-Mulla* est, furculis solummodo languido virore in fuscum vergentibus. *Folia* dissimili magnitudine ac figura modo oblongiora, sine cuspidetamen, modo latiora contrariis inter se semper pediculis opposita sunt, ante alia virore obscuro nitentia, sapore amara. *Flores*, septem, decem, imo nonnumquam undecim petalis è longe aculeatis, præ ceteris quoque angustioribus, in orbem expansis, è calyce virenti, senis incisuris distincto, candidissimi, quamvis in oris clementer rufescentes, paulo latiores quam *Tsjeregam-mulla*, prodeunt. Præter stamina duo colore ad virorem inclinato, oblongis, croceis, planis, apicibus prædita, stylus intermedius albicans, elongato, viridi & crassiusculo ornatus capitello è gemmula, quæ huic flori conica & rufescens est, assurgit: odor jucundissimus. Arenoso crescit solo ad *Cranganoor* & *Catoer* aliisque locis pluribus. Sempiterna viret coma. Floret mense Junio Julioque. Usus, si oleum quod excoquitur, excipias habet nullum.

TAB. LIII.

Silvestre genus jasmini Malabarici est hætenus non descriptum; conveniens in quibusdam cum *jasmine vulgari flore albo* Bauh. Pin.

Katu-Tsjiregam-Mullā^{fat.}
 കുട്ടുമരകപ്പല ^{Mal.}
 Visā-Mogeri ^{Peru.}
 वीसमोजी ^{Arab.}
 قحاطو چیرغا مولغ



KATU TSJIREGAM-MULLA.

TAB. LIV.



Rbuscula *Katu Tsjiregam-mulla* Malabaræis, *Saio* Brachmanibus, *Mogaro da Serra* Lusitanis, *Bergmogari* Belgis quæ audit, caulis est subvirescentis & lignosi. Folia situm & figuram eandem ac *Tsjiregam-mulla* habent. Flores itidem candidissimi, in odori equidem, septem, octo, strictis, protentis, aculeatisque petalis, ex perianthio angustiori & in summitate complanato, plures numero furculorum cacuminibus innituntur, quod in *Tsjiregam-mulla* secus sese habet. Fructus iidem ut *Tsjiregam-mulla* sed majores. Loca amat aspera & saxosa montanaque. In *Cran-ganoor*, *Coilan*, plurima est: omnibus horis florifera simul & frondosa. Hujus folia ex oleo cocta oculorum tollunt vitia. Radix vero cum calamo exhibita aromatico optime cujusvis serpentis morfibus medetur.

TAB. LIV.

Hocce jasminum inodorum, eaque propter genus sylvestris Jasmini est.



Tsjiregamì - Mullà Lat.
ਬਿਰਕਿ ਥਲ Mal.
Castoeri - Mogori
कासकुचमाणि Bra.
جیرا خا مؤلا Arab.



TSJIREGAM-MULLA.

TAB. LV.



U*i Tsjiregam-Mulla* apud Malabarenfes, *Castoeri-Mogari* Brachmannes, *Bare Mogari* Lusitanos, *Groot Jafmin* apud Belgas vocatur frutex, est hominis adæquans altitudinem, rotundos, duriolos, geniculatos latissime dispargens furculos, qui novelli minutissimis pilis obteguntur. *Folia* è viridi nitentia, glabra, lænia, costâ in superiore foliorum parte uti *Nulla-mulla* striata, gemina, sibi-que è contrario immediate opposita in geniculis conveniunt: suntque oblongiora; antè in angustum contracta, in cuspidem longiorem deducta, in oris crispata, ad petiolum vero strictiora. Sapor amarus ipsis, odor nullus. *Flores* exalbidi numero ternario aut quinario, è calyce sex plus minus incisuris distincto, protuberantes, sex, septem, quin imo octo constant sæpe petalis angustis, tenuibus, extrorsum in oris valde crispatis. Stamina duo breviora stylusque eodem ac in præcedentibus sese habent modo. *Fructus* insidentes calici, cerasorum minorum modo glabri, nigricantes, pellicula tenui, carne molli è rubro nigra ac subdulci constantes, semen rotundum ex albo internigrans & pilosum continent: ob jucundissimum & suavissimum odorem florum, è quibus mulieres coronas sibi conficiunt, in hortis colitur, numquam flores aut folia dimittens. Ceterum folia oleo incocta balsamum fundunt, si capiti inungatur, oculorum quævis tollens vitia, & visum corroborans: horum pulvis cum croco ac pinguedine cuti illitus pruriginem ejus demit; ex radice ad peculiarem usum exprimitur oleum.

TAB. LV.

Fragrans hoc Jasminum in hunc usque diem incognitum genus est.

Pars VI.

Bbb

KATU-

Katu-Mullā Sat.

കടകുഴല Mal.

Visa-Mogari

वीसमोगरी Bra.

قِطَاطُ مَوْلَا Arab.



K A T U - M U L L A .

T A B. L V I.



ARbuscula *Katu-Mulla* Malabarensibus, *Visa Mogari* Brachmis, *Mogari Falso* Lusitanis, *Bastaard Mogori* denominata Belgis, hominis vix excedit altitudinem! *Rami* duri vetustiores è rubicundo fusci sunt. *Radix* capillaris, rubra, in latum spatatur. *Folia* longiora, antè stricta, in cuspidem exeuntia, densa, glabra, supinâ parte è fusco nitentia, pronâ candida, venâ recta in parte eminente. Saporis sylvestris, odoris nullius. *Flores* albissimi quinque, uno è latere rotundis, crassiusculis extrorsum reflexis constantes petalis, è calice satis arcto quinque inciso emergentes *Tsjiregam-mulla* proximi sunt : una cum duobus exilibus capitatisque staminibus subalbidus, è capitulo fructus primordium constituyente, prodit stylus bifidus in summitate leviter rufescens. Fructus *Tsjiregam-mulla* possent videri. Locis gaudet arenosis, & provenit in *Oediamperc* & *Ansjecaimal*; sempiterna fronde, Quintili autem Sextilique mensibus floribus exornatur. Succus foliorum olei infervit coctioni, & præterea nullum præstat usum; facultates seu mavis vires, plane sunt incognitæ.

T A B. L V I.

Vel ipsum nomen indicat esse genus jalmi sylvestris Malabarici. Notandumque est omnia hæcce jalmi-
norum genera debere referri ad frutices bacciferos, quod & fructus icones satis superque testantur.



Badiukka Lat.
ല ങ്ങു Mal.
Rana-Mandaru
पानिमेदु Bra.
روانجو قحاة Arab.

B A D U K K A.

TAB. LVII.



Uam *Badukka* Malabarenfes, *Rana-Mandaru* Brachmanes, *Tabal* Lufitani, Belgæ *Quetblom* nuncupant, arbufcula caudice brachium craffo, in hominis plus minus adolefcit altitudinem. *Folia* aculeata, fpiffa, mollia, è virore fatura, eminente ab adverfo cofa, fapore fylveftri funt, alternatim brevibus pediculis, ramis inhærentia. *Flores* è calyce rigidiorè quadrifariam divifo, albi, bi-internive, aliquando finguli brevibus è viridi fufcis pedunculis in foliaceorum ramufculorum fummitatibus infiftentes, quatuor conftant petalis, quorum bina digitum minorem longa, ab infima parte in latum, ubi divifuræ frequentiores, excrefcentia, tenuia admodum, utrimque molliffimâ obducta lanugine, venulis ftriata, leviterque erecta funt; bina vero ex angufto latiora è cœruleo alba opponuntur. Stamina vero plurima in cœruleum vergentia, fuperne albis, inferne cinereis exornata apicibus, comitantur ftylo longiore craffiorique, magis cœruleo, in conum definenti. Arenarum amans in *Chanotti* & *Badoos* vulgariffima, atque ob florum elegantiam culta, domestica èt; florens mense Januario, plane equidem, testibus indigenis, fterilis, fed femper frondens. Foliorum fuccus apri-næ admixtus axungia linimentum antiarthriticum, decocta vero cum floribus folia, potum alvum purgatione follicitantem præftant, cujus exceptus vapor oris mundificat ulcera. Ipsi denique fructus cum lacte affumpti venere-m extinguunt.

	Mal
Solda	Port
Siri-Pada	Bra
شَلَا سَرْم	Arab



S O L D A.

TAB. LVIII.



*S*olda Malabaræis, *Siri Pada* Brachmis, *Fula do Mao* Lusitanis, *Dodoren* Belgis nominata arbuscula ramis est spadiceis. *Folia* è lato in cuspidem-exeuntia, supinâ in parte summe virentia, nitentiaque, in prona è cinereo rufa, è spadiceis enascuntur pediculis, costâ subtus solummodo eminente, multasque divisâ in venas, intertexta. *Florum* quina petala, oblonga, crassa, carnosâ, intus glabra, albidula, postremo in flavum vergentia, exterius villosa, è spadiceo rubella sunt; ex albo flavescens, oblongior crassiorque stylus in medio turgidus, ubi multa eum circumvestiunt purpurea stamina, in spadiceum excurrit caput. Solum diligit arenaceum; florum quos mense profert Martio, medio stylo includitur semen perexiguum. In *cochin* ut plurimum reperitur, numquam dimittens folia; quæ ap posita testiculis eorum dissipant tumores, pulverisata medentur enteroceli.

TAB. LVII. LVIII.

Baddukka & *Solda* ambæ genera capparum sunt, & videntur earum quas Bellonius monet *cappares non spinosas*, & *cappares Arabicas fructu ovi magnitudine, semine piperis instar*, vocari. Ipsa autem Bellonii verba ex Observat. Cap. LX. huc transcripsimus. Per colles oberrantes *Cappares invenimus, pumilorum ficuum altitudinem æquantes, ut nobis conscendendæ fuerint ad earum*

fructus colligendos gallinæ ovi magnitudine, & semens intus continentes piperis instar calidum. Cappares juglandibus magnitudine non cedunt. Capparum autem Arbore-scentium meminit Alpinus de Plant. Ægyp. c. 42. qui ab istis Suneg vocari addit. In Arabia quoque arbore-scit.

Dom Georse Port.
Sida Pou Mal.
سيدا قو Arab.



S I D A - P O U.

TAB. LIX.

Arboris quæ apud Malabarenfes *Sida-Pou* & *Puspajano*, Brachmanes *Devenda* & *Dixadousti*, Lusitanos, *Don George Belgas Sinken* nominatur, *Rami* ligno albicante, medulla viridi, cortice fusco obducti sunt. *Folia* acuminata, spissa, solida, glabra, è viridi umbroso superne nitentia, inferne furda, costâ albula, venisque subtilissimis supina in parte conspicuis intermixta, crassis è contrariis inter se pedunculis, gemina, ramis inhærescunt, *Flores* numero plures è calyce quinquies partito, in petiolis communibus provenientes, textura, & aspectu gratissimi, odore amoenissimi, quinque latioribus, anteriore in parte innumera in filamenta divisis, quorum unum luteum quatuor alia candidissima transversum quasi obtegit, constant foliolis, staminibus vero denis, candidis, crassioribus, surrectis, croceis capitibus, stylo medium occupante viridi, eminentiori, leviterque inflexo. Floribus deciduis tres gemmulæ virides, altæ, quæ introrsum folio sunt erecto, conspiciuntur. Prorsus tamen habetur sterilis, quamvis quidam in senectute fructiferam prædicent. Floret mense Maio, Junio, Julioque. Petrosis, glareosis delectatur locis, quapropter in montibus *Paracaro*, *Mangetti*; & *Panpani* visitur. Rarissima, ob florum elegantiam odorisque jucunditatem in summo honore est. Nullum mechanicum nec medicum habet usum.

Tsjude-Maram Lat.
ਅੌਰ ੪੭ Mal.
جَبْوَصْحَة نَرْمَة Arab.



TSJUDE-MARAM.

TAB. LX.



Sjude-Maram Malabarenfibus, *Parangiato* & *Porvatti-pou* Brachmis, *Folhas du cobra* *Bibora* Lusitanis, *Maagdenlot* Belgis vocitatus frutex humilor, ramis est geniculatis, cortice, candido, teneriori, ligno pauxillo medulla succulenta è viridi diluto, in internodium ima parte quodammodo turgescens. *Folia* ex angusto in cuspidem exeuntia, plana, glabra, crassiola, costa striata utrimque eminente, è virore cum teneriora sunt nitentia, dein obfusca, colore variegata flavescens, ubi vetustiora, in album vergentia, ordine geminato costis crassis, interius planis & candidis, aliquando rubescentibus ramis adhærent; saporis sunt non plane ingrati. *Flores* tetrapetali in exortu in sanguineum vergunt colorem, unum eorum petalum retro incurvatum, interius cochlearis cavitatem exhibens, superne bifidum est, costa intermedia eminente, ceterorum trium è longo angustorum in transversum jacentium duo quæ ad latus sita sunt, magis coarctantur. Inter stamina duo apicibus oblongis, rubris, striatis capitata, stylus procerior observatur. Arenarum amans, oriundus ex *China* & *Manilhas* in Malabaricum in vectus regnum est. Perennis in hortis colitur; vires ignorantur.



Tsjera-Marami Lat.
മലരവര Mal.
جهر مضام Arab.

T S E R E - M A R A M.

TAB. LXI.



Tsjere-maram Malabarensibus, *Quelastro* Brachmanibus, *Folhas da china* Lusitanis, Belgis *Meerling* dicti fruticis ramus corticis rufi diluti flavescens, parumque albentis est. *Radix* albicans, densa fibrosa que. *Folia* plane, ut in *Tsjudemaram* sese habent, excepto quod longe sint angustiora, magisque flavescencia, & ordine confuso prodeuntia. *Floribus* simul ac fructibus destituitur. Allatum è China Malabarenses in hortis colunt. Virium plane est ignotarum.



INDEX.

<p>A In-Pariti. Alpam.</p>	<p>A.</p>	<p>pag. 73</p>	<p>Mouringou.</p>	<p>N.</p>	<p>19</p>
		<p>51</p>	<p>Nagam.</p>		<p>37</p>
<p>Badukka.</p>	<p>B.</p>	<p>101</p>	<p>Nalla-Mulla.</p>		<p>87</p>
<p>Ban-karetti.</p>		<p>35</p>	<p>Narinam-Poulli.</p>		<p>75</p>
<p>Beloere.</p>		<p>77</p>	<p>Niir-Pongelion.</p>		<p>53</p>
<p>Belluta-Amelpodi</p>		<p>83</p>	<p>Noel-valli, & Pannivalli.</p>		<p>39</p>
	<p>H.</p>			<p>P.</p>	
<p>Hina-Pareti.</p>		<p>69</p>	<p>Padri.</p>		<p>47</p>
	<p>I.</p>		<p>Pee-Kandel.</p>		<p>61</p>
<p>Intfia.</p>		<p>7</p>	<p>Perin-Courigil.</p>		<p>43</p>
<p>Isora-Murri.</p>		<p>55</p>	<p>Pitsjegam-Mulla.</p>		<p>91</p>
	<p>K.</p>		<p>Plaso.</p>		<p>29</p>
<p>Kada-Kandel.</p>		<p>67</p>	<p>Pongam, seu Minari.</p>		<p>5</p>
<p>Kaka-Mulla, vel Kaka-Moullou.</p>		<p>33</p>	<p>Pongelion, sive Perimaram</p>		<p>27</p>
<p>Kandel.</p>		<p>57</p>	<p>Pou-Kandel.</p>		<p>65</p>
<p>Kal-todda vaddi.</p>		<p>15</p>		<p>S.</p>	
<p>Karii-Kandel, seu Kanil-Kandel</p>		<p>59</p>	<p>Sida-pou.</p>		<p>105</p>
<p>Karin-Njoti.</p>		<p>31</p>	<p>Sjouanna-Amelpodi.</p>		<p>81</p>
<p>Karin Tagera.</p>		<p>45</p>	<p>Solda.</p>		<p>103</p>
<p>Katu-Beloeren.</p>		<p>79</p>		<p>T.</p>	
<p>Katou-Conna.</p>		<p>21</p>	<p>Thora-Paërou.</p>		<p>23</p>
<p>Katu-Mulla.</p>		<p>99</p>	<p>Tsjetti-Mandarum.</p>		<p>1</p>
<p>Katu Pitsjegam Mulla.</p>		<p>93</p>	<p>Tsja-pangam.</p>		<p>3</p>
<p>Katou-Pul-Colli.</p>		<p>41</p>	<p>Tsjerou-Kandel.</p>		<p>63</p>
<p>Katu- Tsjiregam-Mulla.</p>		<p>95</p>	<p>Tsjere-Maram.</p>		<p>109</p>
<p>Kedangu.</p>		<p>49</p>	<p>Tsjerii-Mulla.</p>		<p>85</p>
<p>Kudda-Mulla.</p>		<p>89</p>	<p>Tsjiregam-Mulla.</p>		<p>97</p>
	<p>M.</p>		<p>Tsjude-Maram.</p>		<p>107</p>
<p>Mandsjadi.</p>		<p>25</p>		<p>W.</p>	
<p>Moullava.</p>		<p>11</p>	<p>Waga.</p>		<p>9</p>
<p>Mouricou</p>		<p>13</p>	<p>Wellia Tagera.</p>		<p>17</p>

ERRATA.

Pag. 9. lin. 24. lege niveo. p. 11. l. 18. foliaceorum p. 20. l. 4. more. p. 21. l. 12. expertes. p. 43 l. 8. angusta. p. 44. l. 2. tumores. pag. 57. 2. & 4. Kandel. p. 73. l. 17 earum. pag. 85 l. 2. & 4. Tsjerii-Mulla. pag. 93. lin. 3. & 4 lege Katu Pitsjegam Mulla. p. 101. l. 8. bini ternive.